



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Tractatus III. Institutiones Theologiæ Polemicæ Complectens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

TRACTATUS III.  
 INSTITUTIONES  
 THEOLOGIAE POLE-  
 MICAE COMPLECTENS.

*Prooemium.*

**E**Tiam hujus Theologiae notitiam non parum Sacerdotibus Animarum curam gerentibus necessariam esse, ex iis, quae in sequenti prima parte dicentur, abunde patebit. Quia verò studium hoc per se nimis amplum est, si quis omnes Haereses, omnésque Haesiarcharum doctrinas, & objectiones, modòsque refutandi discere vellet, ideo ut saltem generaliora quaedam principia modique communiores doctrinam Apostolicam & Catholicam defendendi sciantur, eosdem hoc Tractatu breviter complecti placuit, qui proinde in quatuor partes dividetur, quarum prima de Theologia Polemica in communi. Secunda de Theologia Polemica offensiva. Tertia de Theologia Polemica defensiva. Quarta de mediis ad hanc Scientiam rectè addiscendam conducentibus tractabit.

*PARS I.*  
 DE THEOLOGIA POLEMICA  
 IN COMMUNI.

**T**ria capita Pars hæc complectetur. Primum de Definitione



## CAPUT I.

DE DEFINITIONE ET OBJECTO  
THEOLOGICÆ POLEMICÆ.

I. **D**efinitionem Theologiæ Polemicæ quod attinet  
sic rectè definiiri videtur posse: *Est scièntia, qua  
tholicas doctrinas à variis Sectis oppugnari solitas roborat  
& contra earundem Sectarum errores & obiectiones solida  
caciterque defendimus.*

II. Ex qua definitione patet, objectum materiale  
ximum esse partim Catholicas doctrinas, partim Sectarum  
trarias, quarum quatuor præcipuè à P. Petro Canisio  
Catechismo & aliis nunerantur, videlicet *Ethnicæ,  
DEVM, quem nos Catholici agnosimus penitus negant  
daica, quæ DEVM quidem, non tamen Christum prædicant  
Mahometica, quæ quidem DEVM & Christum credunt  
tamen hunc Deitati unitum, ac Mundi Redemptorem  
potius seductorem fuisse affirmat: Hæretica, quæ quidem  
DEVM existere, & Christum sua morte & sanguine  
genus redemisse fatetur, varias tamen utrique falsitates  
git. Objectum verò materiale remotum esse doctrinas  
ticulares, quas tum Religio Catholica, tum quadruplex  
secta profitentur. Objectum denique formale esse  
propugnationem earundem doctrinarum; per hæc  
velut propriam rationem formalem differt Theologia  
mica ab aliis Theologiis, quia licet v. g. Theologia  
eulativa, quàm moralis easdem etiam doctrinas exponat  
sibi assumant, non tamen eas sub hac formalitate propu-  
tionis contra contrarias sectas tractant. Unde si nulla  
Hæresis aut alia Secta A catholica exorta fuisset, illa  
minus suum finem obtinuissent, non tamen per hæc  
Theologia Polemica exstitisset.*



CAPUT II.  
DE DIVISIONE THEOLOGIAE  
POLEMICAE.

I. Quomodo quivis Miles aut Propugnator alicujus loci duplici modo gerere se potest, *offensive* nempe, id est, ita ut ipse Hostem prior invadat: & *defensive*, id est, ita ut ipse prius oppugnationem sui ab Hoste expectet, & tunc se ejus conatibus, armisque fortiter opponat; ita idipsum etiam in Theologia Polemica videre est, quae proinde & ipsa rectè in Offensivam & Defensivam dividitur, quarum prior claritate & efficacia suorum argumentorum, quibus doctrinas Catholicas probat & confirmat, Sectarios expugnare, atque in suam sententiam trahere nititur; posterior verò argumenta à Sectariis pro sua falsa doctrina afferri solita solide refutare consuevit.

II. Utraque verò hæc Polemica Theologia in generalem & particularem subdividi potest. Generalis est, quæ circa errores & Hæreses omnibus aut plerisque Sectariis communes versatur, quales sunt controversiæ de Ecclesia, de Capitale illius, de Judice Controversiarum, & similes. Particularis est, quæ in particularibus Hæresibus refellendis occupatur, unde hæc juxta multitudinem & varietatem errorum in varia iterum membra multipliciter subdividi potest; nam, ut Bellarminus in Præfat. notat, ab ipso Fidei Christianæ exortu novæ singulis ferè sæculis Hæreses, & quidem secundum Ordinem articulorum in Symbolo Apostolico propositorum sunt suscitatae. Hinc primis ducentis annis Gnostici negarunt esse unum DEVM Patrem Omnipotentem. Tertio sæculo Sabelliani secundum articulum impugnarunt, & Christi Divinitatem negarunt; quod idem subsequentibus sæculis Ariani, Nestoriani, Eutychemi, & alii fecerunt, qui partim Naturam, partim Personalitatem Christi, aut certè posteriores articulos de Nativitate, Passione, & Resurrectione illius evertere conati sunt. Inde circa annum 860. Schisma Græcorum exortum est, qui pertinacissimè Spiritum Sanctum à Filio procedere negarunt. Tandem verò ommissa Divinitatis, Humanitatis Christi impugnatione, omnes ferè posterio-



res Hæretici in articulo nono & decimo, qui de Ecclesia  
missione Peccatorum tractant, oppugnando totas vires  
exercuerunt. Unde Bellarminus in citata præfatione  
troverfiarum suarum Tractatum dividit, ut omnes hæ-  
etinas ad hos articulos stabiliendos referat; hinc gene-  
præmissio principio de Verbo DEI, mox agere incipit  
clesia in genere, & inde ad particulares Ecclesias, mi-  
rem scilicet, Purgantem, & Triumphantem transiit.  
Quibus omnibus expeditis, ad Sanctorum Communio-  
id est, Sacramentorum tractationem accedit, & hæc  
tandem ad ea, quæ ad decimum articulum seu remissionem  
peccatorum spectant, puta gratiam, peccata, justificationem,  
liberum arbitrium, & merita explicanda progreditur.  
ipsum ordinem & nunc servare placet, dum circa hæc  
titulos à Bellarmino propositos imprimis quidem Catho-  
tholica Fides doceat, breviter explicabitur; postea vero  
Hæreses circa eundem Articulum vel doctrinam expo-  
succinctè indicabitur; hæc enim notitia non minimè  
Theologiæ Polemicæ, atque adeò ab iis, qui in eadem  
instrui cupiant, minimè ignoranda.

## §. I.

## De Verbo DEI.

I. De hoc sequentia Catholica dogmata  
Primam est, Scripturam Sacram, quam in manibus  
mus, esse verum Verbum DEI. Fundamentum  
regula Fidei debet esse notissima & certissima; talis  
esse Scripturam nostram, probatur tum ex veritate  
niorum; tum ex incredibili consensu tot virorum, qui  
his locis, linguis, temporibus, occasione sacra  
conscripserunt; tum ex pœnis, quibus DEVS puni-  
qui Sacram Scripturam vel contemnere, vel ad joco-  
las abuti sunt ausi; tum ex ipsa Scriptura, quæ dicitur  
Scripturam divinè esse inspiratam; tum ex miraculis  
bus DEVS dogmata in Sacris Literis contenta probat  
tra quam doctrinam pugnat Hæresis Schwenckfeldianorum,  
bertinorum, qui Verbum scriptum tanquam literarum  
dentem respuunt, solòque Spiritu interno contentam



jubent, uti fusè apud Bellarminum l. 1. c. 1. videre est: Fundamentum horum potissimum est, quòd S. Paulus 2. Cor. 3. dicat: *Litera enim occidit, Spiritus autem vivificat*: qui tamen textus non de Spiritu privato, sed de gratia DEI intelligendus est, sine qua gratia litera sola impleri non potest, & occasionem potius transgressionis præbet, atque adeò hoc sensu meritò occidere dicitur.

II. Secundum dogma est, omnes & solos libros, qui de facto in S. Scriptura numerantur, excepto libro tertio & quarto Esdræ, verè Canonicos, id est, pro vero DEI Verbo habendos esse. Fundamentum præcipuum est autoritas Ecclesiæ, sic in Concilio Florentino Laodiceno, Carthaginensi tertio, & novissimè etiam Tridentino Sess. 4. decidentis, uti & Summorum Pontificum; & SS. Patrum omnes & solos hos libros pro Canonicis agnoscentium. Contra quam doctrinam pugnat 1. Hæresis Simonianorum, Basilidianorum, & Marcionitarum omnes libros Veteris Testamenti tanquam à malo Deo dictatos reiicientium. 2. Hæresis aliorum, qui unum duntaxat librum Veteris Testamenti reiiciunt, nempe vel Psalmos, ut Nicolaitæ & Gnostici: Vel librum Job, Ecclesiasticis, & Cantica, ut Lutherus: Vel Prophetiam Baruch, ut Calvinus & Kemnitius: Vel libros Tobia, Judith, Sapientia, Ecclesiastici & Machabæorum, ut Calvinus, Zwinglius, & Lutherus. 3. Hæresis Manichæorum omnes libros Novi Testamenti velut multa falsa continentis reiicientium. 4. Hæresis aliorum, qui aliquas tantum partes Novi Testamenti reiiciunt, videlicet vel Evangelium S. Joannis, ut Alogiani: vel omnia præter Matthæi, ut Ebro: præter Lucæ, ut Marcion: præter Marci, ut Cherinthus: præter Joannis, ut Valentinius: vel Acta Apostolorum, ut Manichæus & Cerdo: vel omnes Pauli epistolas, ut Ebionitæ: vel Epistolam ad Hebræos, ut Arrius, Marcion, & Lutherus: vel epistolas Jacobii, Judæ, Secundam Petri, & secundam & tertiam Joannis, iterum Lutherus, Brentius, & Kemnitius: vel Apocalypsin, Marcion, Alogiani, Theodosiani, & Lutherus cum pleque Asseclis, de quibus proin omnibus rectè S. Augustini sententia in lib. de bono persev. c. 11. pronuntiari potest: *Scripturas sic accipiunt, ut suo quodam privilegio, imò sacrilegum quod volunt, sumant: quod nolunt, reiiciant.*

III. Ter-



III. Tertium dogma est, veterem ac vulgatam editionem seu versionem esse verè pro authentica habendam, & potè quæ tot sæculis in Ecclesia viguerit, & communis Christianorum consensu recepta, & novissimè à Concilio Tridentino approbata sit. Contra quam doctrinam inprimis agnat Hæresis Calvinii, Zwinglii, & Anabaptistarum, & versionem pro legitima agnoscentium; deinde Lutherorum solam Lutheri versionem approbantium.

IV. Quartum dogma est, vulgarem (id est, ab Hebraica Latina, & Græca distinctam) versionem non esse in Ecclesiæ usu adhibendam, nec ejus lectionem omnino discrimine concedendam, uti Concilium Tridentinum 22. cap. 8. definitivè. Contra quam doctrinam pugnat Hæresis Lutheranorum, & Calvinistarum omnibus illis permittentium, & publicè etiam in materna lingua usurpantium.

V. Quintum dogma est, Scripturam quoad sententialem non esse tam claram, ut sine explanatione veritates Fidei terminandas. Fundamentum sumitur ex S. Scripturæ variis testimoniis; tum ex consensu S. Patrum, tum ex difficilibus locis S. Scripturæ: tum ex ipsa plurimorum tam multas Interpretationes adhibentium doctrinæ contraria est Hæresis Lutheranorum, & Calvinistarum tam claram esse contendentium, ut à quolibet intelligi possit.

VI. Sextum dogma est, Scripturæ infallibilitatem præteritæ soli Ecclesiæ, seu Pontifici cum Concilio convenire. Fundamentum est, tum quia Christus S. Petrum Matth. 16. *Tibi dabo claves regni caelorum. Et quicquid super terram fuerit ligatum, sit ligatum etiam in caelis.* Et Marci 16. *Et vos estis columna et lapis angulus, super quem aedificabitur Ecclesia, et vos super eam sedetis.* tum quia communis semper consuetudo Ecclesiæ, & præsertim in illis locis, quibus præsertim Bellarmino citati senserunt: tum quia neque ipsa, utpote pariter Interpretatione indigens; neque ipsa, utpote invisibilis, & vim coactivam non habens, nec Principes sæculares Judicis officium subire possunt, qui humanam tantum auctoritatem habent. Hæresis hæc contraria est Hæresis Lutheranorum & Calvinistarum Interpretationem permittentium.



VII. Septimum dogma est, præter scriptum Dei verbum etiam non scriptum, seu Traditiones Ecclesiasticas, admittendas esse. Fundamentum est; tum quia S. Scriptura 2. Thessal. 2. sic docet dicens: *Itaque state, Fratres, & tenete Traditiones, quas didicistis*: tum quia Concilium Tridentinum Sess. 4. sic definiuit: tum quia multi sunt articuli fidei, qui non possunt aliunde, quam per Traditionem probari; quales v. g. sunt, quòd tota scriptura sit verbum DEI, sit incorrupta, & verum sensum illius habeamus: quòd Symbolum fidei sit verè canonicum & Apostolicum: quòd Infantes sint baptizandi: quòd baptizati ab Hæreticis non sint rebaptizandi: quòd Mater Christi semper manserit virgo: quòd in Baptismo debeat pronuntiarì hæc forma: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti*: & nisi pronuncietur, baptismus non sit validus; de quibus omnibus illud Tertulliani l. de coron. Milit. c. 4. rectè usurpatur: *Hæc & aliarum eiusmodi Disciplinarum, si legem exposuerint, nullam inuenies. Traditio tibi prætenditur nutritrix, consuetudo confirmatrix, & Fides observatrix.* Huic doctrinæ hæresis Lutheranorum & Calvinistarum opponitur, quorum hoc decretum est: Non alia doctrina in Ecclesia tradi, & audiri debet, quam purum verbum Dei, hoc est, S. Scriptura. Doctores vel Auditores alii cum sua doctrina, anathema sunt.

## §. II.

## De Christo.

I. De hoc sequentia dogmata Catholica Fides proponit. Primum est Christum esse verum Deum. Quæ veritas fusè Bellarmino tr. 1. contr. 2. l. 1. c. 4. tum ex scriptura; tum ex Christi nominibus, attributis, operibus, miraculis: tum ex SS. Patrum, & Sybillarum testimonio probatur. Quod dogma negant Judæi, Machometani, novi Arriani, & Sacerdotes, teste Bellarmino l. c.

II. Secundum dogma est, Christum esse eundem Deum cum Patre & Spiritu Sancto. Fundamentum est, quia unus est Deus, velut unum principium à se dari potest, uti etiam Theologi, quam Philosophi, probant; à quo dogmate,



mate recedunt inprimis Valentinus Gentilis, & cum aliis  
ter Catholicos, etiam teste Bellarmino, Joachimus Albi  
& Raymundus Lullus tres essentias distinctas admittunt  
quo proin in articulo non Catholicè senserunt.

III. Tertium dogma est, Christum esse Personam  
liter distinctam à Persona Patris & Spiritus Sancti. For-  
mentum est, tum quia generatur à Patre, & Spiritus  
Sanctus ab ipso procedit: tum quia sæpe alius à Patre & Spi-  
ritu Sancto vocatur in S. Scriptura: tum quia per particulas alias  
distinctionem significantes tres Personæ exprimentur, ut  
dicitur: *baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus*  
*Sancti.* Matth. ult. Et. 1. Jo. 5. *Tres sunt, qui regunt*  
*caelum, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus.* Ca-  
strina repugnant Valentinus Gentilis nullam Personarum  
distinctionem agnoscens; item Transilvani qui saltem  
Incarnationem nullam in Deo distinctionem reper-  
tunt, sed ubi mentio Patris, Verbi, & Spiritus Sancti  
prehenditur, potentias seu virtutes Patris, non distinctas  
ea Persona, relatione, ac proprietate significari volent.  
Bellarminus l. 2. c. 1. testatur.

IV. Quartum dogma est, Christum quatenus  
Filius, simul cum Patre Spiritum Sanctum spirare, &  
probat Bellarminus l. 2. c. 22. tum ex S. Scriptura  
cente, quòd omnia, quæ habet Pater, Filio sine  
& quòd Christus miserit, insufflaverit Spiritum Sanctum  
tum ex Conciliis variis, & SS. Patribus tam Græcis  
Latinis: tum ratione, quòd scilicet alioquin Spiritus  
Sanctus non distingueretur à Filio, atque adeò dualitas  
existeret, non Trinitas Personarum haberetur. Cuius  
modi se opponunt Græci Schismatici, Ductores  
Patriarcha Constantinopolitano, qui volebat  
Pontificem, & alios omnes Latinos excommunicavit  
quòd contra decretum Concilii Ephesini aliquid  
dejecto autem Pontifice, primatum ad se velut  
Patriarcham jure pertinere.

V. Quintum dogma est, Christum quatenus  
Patris verè incarnatum esse, atque adeò, ut in  
Athanasii dicitur, verè Deum & Hominem esse,  
substantia Patris ante sæcula genitum, Hominem



nia matris in sæculo natum, perfectum Deum, perfectum  
 Hominem, ex anima rationali & humana carne subsisten-  
 tem, æqualem Patri secundum divinitatem, minorem Patre  
 secundum Humanitatem; qui, licet Deus sit & Homo, non  
 duo tamen, sed unus sit Christus, unus autem non conver-  
 sione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in  
 Deum: unus omnino non confusione substantiæ, sed uni-  
 tate Personæ. Cui articulo repugnat in primis Hæresis Ana-  
 baptistarum disertè docentium, Christum non habuisse ve-  
 ram carnem à Virgine acceptam, sed ex cælo allatam, atque  
 adeò verè divinam. Deinde Lutherani volentes, Christi  
 carnem habere verè attributa divinitatis, ac præcipuè ubi-  
 quitatem, atque adeò unionem hypostaticam in communi-  
 catione horum attributorum consistere.

Præterea Eutyches duas in Christo naturas negans, at-  
 que adeò divinitatem in carnem conversam fuisse docens.  
 Valentini quoque & Manichæi veram Christo Humanita-  
 tem negantes, & denique Nestorius, qui docuit, B. Virgi-  
 nem purum Hominem peperisse, qui non solum naturam,  
 sed etiam Personam humanam habebat, ac proinde B. Vir-  
 ginem non esse Dei, sed Christi genitricem. ac Nativitatem,  
 Passionem, Resurrectionem & similia Soli Homini conveni-  
 re, esse verò Dei Filium, & unum Humanitate, non unitate  
 Personæ, sed habitationis, voluntatis, operationis, parti-  
 cipationis &c. quas omnes Hæreses Bellarminus l. 3. cit. fusè  
 refutat.

V I. Sextum dogma est, Christi animam ab ipsa sua crea-  
 tione adeò repletam scientiâ & gratiâ fuisse, ut nihil postea  
 didicerit, quod antea nesciverit: nec ullam actionem fe-  
 cerit, aut facere potuerit, quæ emendatione egerit. Fun-  
 damentum est, quòd passim in S. Scriptura, plenus Sapien-  
 tia, plenus caritate & veritate dicatur; & meritò, cum ab  
 initio Incarnationis jam fuerit Filius Dei, caputque omni-  
 um Hominum & Angelorum atque adeò omni scientiâ &  
 gratia repleti debuerit. Cui dogmati jam olim se opposue-  
 runt Agnoitæ docentes, Christum diem judicii ignorasse.  
 hodie pertinaciùs se opponunt Lutherus, Zwinglius, Cal-  
 anus, & omnes ferè hujus temporis Hæretici, teste Bellar-  
 mine



minor. 4. c. 1. afferentes Christi animam & didicisse, quod ignorabat: & egisse, quod corrigi debuerit.

VII. Septimum dogma est, Christum post mortem in limbo existentibus beatitudinem communicasse, easque de limbo eduxisse. Ita enim ex Symbolo Apostolorum S. Athanasii, & communi consensu SS. Patrum colligitur, Cui dogmati inprimis contraria est sententia Calvinianæ, tenens apprehendit Deum sibi iratum propter nos, & salutis propriæ amittendæ incredibilem anxietatem sustulit, qualem pateretur, qui sciret, se in æternum esse futurum. Unde etiam verba desperationis protulisse, & quidem pœnam jam in horto oliveti inchoatam suscepisse, & per eandem pœnam, & passionem ipsum Homines redemisse. Deinde eidem dogmati etiam contraria est doctrina & hæresis Buceri, qui per infernum sepulchrum duntaxat, intelligit, adeo Christum ad inferos descendisse, idem significat sepultum esse. Quibus addi posset explicatio Durandæ sententiæ apud Bellarminum, c. 15. Christum non descendisse, sed quoad effectus duntaxat in infernum descendisse.

VIII. Octavum dogma est, Christum fuisse mediatorum inter Homines & Deum, non secundum naturam, sed secundum utramque naturam, ita tamen ut principium, quo opera illa ab ipso tanquam mediatorum humana esset Natura, non divina. Fundamentum huius doctrinæ est textus ex S. Paulo 1. Tim. 2. dicente: *Vnus Mediator Dei & Hominum, Homo Christus IESVS, qui dedit se ut redimeret redemptionem pro multis.* Hinc S. Leo S. 1. de natali Christi ait: *Nisi esset verus Deus, non afferret remedium, nisi esset verus Homo, non praberet exemplum.* Cui dogmati inprimis hæresis Stancari, qui soli naturæ humanæ mediatoris officium tribuit. Deinde Calvinistarum, & Melancthonis, qui soli divinæ naturæ mediatoris officium attribuunt.

IX. Nonum dogma est, Christum operibus ac meritis suis non solum nobis omnibus gratiam & gloriam



etiam omnia, quæ post passionem accepit, meruisse. Ita enim ex S. Paulo ad Philipp. 2. habetur, ubi dicit; *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis; propter quod exaltavit illum DEVS.* Cui dogmari contrariam hæresin tradidit Calvinus nullum Christo respectu sui meritum concedens, eò quòd passim nobis natus, & propter nos egenus factus dicatur.

X. Decimum denique dogma est, Christum pro omnibus omnino Hominibus mortuum esse juxta testimonium D. Pauli 2. Cor. 5. dicentis: *Pro omnibus mortuus est Christus.* & 1. Tim. 2. *Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.* Cui tamen doctrinæ Calvinus iterum se opponit docens, Christum pro solis prædestinatis mortuum esse eò quòd reprobi nullam ex morte Christi gratiam acceperint ad bene vivendum.

## §. III.

## De Romano Pontifice.

I. De hoc sequentia dogmata proponit Catholica Fides. Primum est, S. Petrum verè caput totius Ecclesiæ, & vicarium Christi ab ipso Christo fuisse constitutum. Ita enim tum ex ipsius Christi verbis Matt. 16. *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo claves regni cælorum &c.* tum ex illis Joannis 21. *Pasce oves meas &c.* colligitur. Cui dogmati se imprimis opposuerunt Waldenses circa annum 1120. qui primi ex Latinis se obedientiæ Pontificis subtraxerunt. Post hos circa annum 1300. quidam Fratelli dicti docuerunt, primatum Petri pridem cessasse, & ad ipsos fuisse translatum. Post hos Marsilius Paduanus & Joannes de Janduno Pontifici Romano omnes Presbyteros pares fecerunt. Deinde circiter annum 1397. Joannes Wiclef, & Joannes Huss Apostolicæ sedi se opposuerunt. Et tandem priori sæculo Lutherus, Calvinus, aliique illorum sæculæ toto impetu jugum Pontificum velut vivi Antichristi excusserunt.

II. Secundum dogma est, S. Petrum verè Romanum piscopum fuisse, & ibidem ad mortem usque permanisse.



Hinc enim Romana Ecclesia semper communi confessione primaria est cognita. Quod negarunt Guilielmus Vicefi Præceptor, & Velenus Lutheranus, negantes S. Petrum Romæ fuisse, sed Jerosolymis esse occisum, asserentes. Quibus etiam Calvinus eatenus assentitur, quatenus negatum scopum fuisse.

III. Tertium dogma est, Romanum Pontificem Deo succedere in Episcopatu Romano, & Ecclesiastica Monarchia. Fundamentum est, quia Ecclesia æquè indiget Vicario Christi, ac tempore Apostolorum; & sicut in Veteri Testamento sibi, mutuo succedebant summi Pontifices, ita & de novo Testamento idem jure merito. Contra hoc dogma omnes ferè moderni Hæretici cum signanis suis Lutero & Calvino pertinaciter contendunt. Romanum Pontificem non modò Vicarium Christi esse, sed potiùs Antichristi loco habendum; sed falsò, quia Antichristus non veniet, nisi everso Romano imperio, & prædicatione Henoch & Eliæ, & non nisi per unum cum medio regnabit; uti fusè demonstrat Bellarminus.

IV. Quartum dogma est, Pontificem esse summum in controversiis Fidei & morum dijudicandum. Sumitur tum ex officio Judicis, cujus sententia esse debet, qualis non semper est Scriptura; tum ex consuetudine controversiarum, quæ sæpe non continentur in Scriptura; tum ex praxi veteris ac novi Testamenti, in quibus Pontifices remittebatur ejusmodi decisio: tum ex Analogia iudicum civilium, qui, licet secundum leges judicant, adhuc tamen ipsis, & non legibus Judicis officium prætere dicitur. Cui dogmati contraria est hæresis Calviniana, quæ Hæreticorum Modernorum Scripturam pro Jure summæ sententiam.

V. Quintum dogma communiter receptum est, quod Pontifex, cum totam Ecclesiam docet, errare non potest. Quod non indicat promissio à Christo facta D. Petro, dicitur: *Ego pro te rogavi: ut non deficiat fides tua. Et quicquid ligaveris super terram, erit ligatum in cælis.* Hæretici iterum repugnant Moderni Hæretici, asserentes Pontificem, hoc ipso, quòd sit homo ex natura sua, non fallibilis Judicis munus gerere non posse.



VI. Sextum dogma est, eundem Pontificem habere jurisdictionem verè coactivam ad leges, quæ in conscientia obligent, condendas, possèque judicare, ac punire transgressores. Fundamentum desumitur ex pluribus S. Scripturæ locis, maximè ex verbis Christi Matth. 16. *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælu.* Cui dogmati acriter se opposuerunt, Waldenses, Wiclef, Joannes Huls, omnèsque Lutherani & Calvinistæ, negantes ullam similem potestatem Pontifici competere.

## §. IV.

## De Conciliis.

I. Conciliorum nomine hoc loco idem significatur in Ecclesia, quod nomine comitiorum in Regnis, inquit Bellarminus l. 1. c. 3. sicut enim, eùm oritur controversia in Republica conveniunt in unum Principes regni, vel Magistratus, ac statuunt, quid facto opus sit; ita in Ecclesia, eùm oritur controversia aliqua de Religione, conveniunt Præsules Ecclesiarum, & simul collatis sententiis statuunt, quod bonum videtur. Unde citatus Bellarminus probabilius judicat, ea non humanum esse inventum, sed planè divinum, ab ipso Ecclesiæ exordio Apostolis inspiratum. Porro hæc Concilia communiter quadrupliciter dividuntur, nam alia dicuntur *Generalia* seu *Oecumenica*, ad quæ omnes Episcopi totius orbis convenire debent, nisi legitimè impediuntur, quibus nemo, nisi Pontifex, vel ejus Legatus præsidet. Alia *Nationalia* vocantur, quibus Episcopi unius regni vel nationis interfunt, & Patriarcha aliquis vel Primas præest. Alia *Provincialia* nominantur, in quibus tantùm Episcopi unius Provinciæ cum suo Archiepiscopo, qui præsidet, conveniunt. Alia denique *Diocesana* vocantur, in quibus Episcopus Presbyteris Diocesis convocatis præest. Porro hoc loco de Conciliis generalibus potissimùm sermo est, de quibus Catholica fides sequentia dogmata proponit.

II. Primum dogma est, ad solum Pontificem spectat Concilia oecumenica per se, vel alium cum ejus facultate convocare. Fundamentum est, quia Concilium legitimum nomine, id est, autoritate Christi, seu ab eo, qui congregandi



gregandi potestatem habet, convocari debet; talis autem fuit S. Petrus (cui Christus ante Ascensionem Ecclesiam gubernandam commisit) & successores illis. Huic dogmati contraria est hæresis Lutheri, Calvini, & Magdeburgensium Centuriatorum docentium hanc potestatem Imperatori convenire.

III. Secundum dogma est, ad Concilium per se Prælatos majores, id est, Episcopos cum jure suffragii sibi convocandos esse; ex privilegio tamen & consuetudine etiam Cardinales, Abbates, & Generales Ordinum eodem jure suffragii vocari posse. Fundamentum est, quod finire, quæ sunt credenda vel agenda, officium Pastori colligitur ex D. Paulo ad Eph. 4. dicente: *Aliter Pastores & Doctores.* Huic dogmati opponit se Brentius volens; solos electos & sanctos vocandos. Lutherus contendens, omnis generis eruditos admittere ex quibus tamen nemo jus quidquam decidendi, prætorum, habeat, sed inquirendi duntaxat.

IV. Tertium dogma est, Concilia generalia Pontifice approbata nec in fide, nec in moribus, esse. Fundamentum desumitur ex primo Concilio *Visum est Spiritui Sancto, & nobis: & præterea quædam alia* Concilium tale approbatum repræsentat Ecclesiam universalem est columna veritatis. Cui dogmati iterum contra Calvinus, Lutherus, & eorum Asserentes, volentes generalia non tantum ante confirmationem (quæ etiam Catholici fatentur, nisi Legati sequentes latorem Pontificis consentiant) sed etiam post approbationem errare posse.

V. Quartum dogma apud plerosque receptum est, Concilium generale non esse supra, sed sub Pontifice, neminem Superiorem agnoscat. Sic enim olim Innocentio Sinuessano dicebant Patres S. Marcellino: *Præter nos nemo iudicatur.* Cui tamen dogmati præter Catholicos volentes Concilium supra Papam esse etiam Protestantes moderni se opponunt, volentes Papam non habere, sed potius esse de seculo Antichristum deturbandum.



## §. V.

## De Ecclesia.

I. De hac sequentia dogmata habentur. Primum est, Ecclesiam unicam duntaxat esse, eamque rectè definitum Hominum ejusdem fidei Christianæ professione, & eorundem Sacramentorum communionem colligatum, sub regimine legitimorum Pastorum, ac præcipuè unius in terris Christi Vicarii Romani Pontificis. Cui dogmati variæ hæreses contradicunt; nam aliqui solos prædestinatos ad Ecclesiam pertinere volunt, ut Wiclef. Waldenses, & Joannes Hufs: alii solos perfectos nullum peccatum habentes, ut Pelagiani: alii solos justos, qui nunquam contra fidem peccarunt, ut Novatiani & Donatistæ: alii solos Sanctos, qui verè credunt & obediunt DEO, ut Confessionistæ: alii denique solos justos prædestinatos includi volunt, ut Calvinus.

II. Secundum dogma est, Ecclesiam Catholicam esse verè visibilem; eò quòd ubicunque reperitur nomen Ecclesiæ in S. Scriptura, tribuatur id Congregationi visibili: & præterea, cum Ecclesia sit Societas, quædam Hominum visibilibus & externis signis duci cupientium; & eandem etiam omnes sequi teneantur; quomodo autem sequentur, si visibilis non existat? Huic dogmati hæresis communis pluribus Hæreticorum se opponit, ac pertinaciter contendit Ecclesiam invisibilem, Solique DEO cognitam esse.

III. Tertium dogma est, Ecclesiam deficere non posse, cum Christus Matth. ult. promiserit, se cum illa usque ad consummationem sæculi permanurum, & ut Matth. 16. prædixit, portas Inferi non prævalituras adversus eam. Huic doctrinæ contraria est hæresis Calvini docentis apud Bellarminum l. 3. c. 11. Ecclesiam visibilem omnino deficere posse, non autem invisibilem.

IV. Quartum dogma est, Ecclesiam nullo modo errare posse; quia, teste S. Paulo 1. Tim. 3. Ecclesia est columna & firmamentum veritatis, ad quam proinde semper SS. Patres, velut ad Judicem controversiarum provocant in rebus ad fidem spectantibus. Contraria huic dogmati est hæresis Lutheranorum docentium totam Ecclesiam posse errare in fide.



V. Quintum dogma est, geminas notas Ecclesie, quod sit una, sancta, Catholica, Apostolica. Has quoque Symbolum Constantinopolitanum enumerat, quia re ad has revocari possunt. Bellarminus tamen l. 4. c. 4. & claritatis gratia quindecim assignat, videlicet 1. Catholice & Christianorum nomen. 2. Antiquitatem. 3. Duram nem diuturnam & interruptam. 4. Multitudinem & unitatem credentium. 5. Successionem Episcoporum in Romana Ecclesia. 6. Conspirationem in doctrina cum Ecclesia antiqua. 7. Unionem membrorum inter se, & caritate. 8. Sanctitatem doctrinæ. 9. Efficaciam doctrinæ convertentis animas. 10. Sanctitatem Auditorum. 11. Gloriam miraculorum. 12. Lumen Propheticum. 13. Successionem Adversariorum. 14. Infelicem exitum eorum eam oppugnârunt. 15. Felicitatem temporalem eorum, qui eam defenderunt. Huic dogmati se opposuerunt heretici duas tantum notas admittentes, nempe prædictam sinceram Evangelii, & sincerum usum Sacramentorum. Calvinus, Brentius, Confessio Augustana, & alii, quibus Lutherus etiam legitimam electionem Ministrorum, & electionem publicam in vernacula lingua, & Catechismum, & Sterium Crucis, id est, tribulationes intus & foris, ad salutem esse; cum Christus, qui est Sponsus Ecclesie, adulter, atque adeo nullos pro Filiis suis agnoscat. Sponsa sua natos; unde rectè S. Cyprianus in lib. de Unitate ait: *Non habet DEVM Patrem, qui Ecclesiam non habet Patrem.* Et ut S. Augustinus lib. de unit. Eccl. c. 19. ait: *ipsam salutem ac vitam æternam nemo pervenit, nisi per caput Christum; habere autem caput Christum non potest, nisi qui in eius corpore fuerit, quod est Ecclesia.* Huic dogmati omnes hodie se Hæretici opponunt, sed illi maxime quemvis in sua fide salvari posse contendunt.

## §. VI.

## De Clericis.

I. Sub Clericorum nomine intelliguntur hæc Homines, qui quasi Domini fors & hæreditas Domini



consecrati; procuranda religionis ac rerum sacrarum providentiam ac sollicitudinem, DEO ipso jubente, susceperunt; de quibus sequentia dogmata Fides Catholica proponit.

II. Primum est, rectè & sapienter Clericorum ordinem à Laicis distinctum in Ecclesia introductum esse; sic enim & vetustissima praxis, & ratio corporis mystici varietatem membrorum & officiorum exigens suadet. Cui doctrinæ contraria est hæresis Lutheranorum, qui cum suo Antesignano Luthero, Christianorum Populum simplicem esse volunt, in quo nulla differentia Personarum, nullus Clericus, nullus Laicus, nullus Monachus esse debeat.

III. Secundum dogma est, Ordinationem (quæ nihil aliud est, quàm sacra Cæremonia, quâ Clerici certo ritu unguuntur, ac consecrantur) Ministrorum Ecclesiæ ad solos Episcopos pertinere. Sic enim passim Divinæ Scripturæ, Conciliorum decreta, veteres Patres, mos Populi DEI, & exempla Majorum testantur, ut fusè Bellarminus to. 1. contr. 5. l. 1. c. 3. ostendit. Huic dogmati se Lutherus ac Calvinus cum Asserulis opponunt contententes, ordinationem ejusmodi ad solos Pastores pertinere, ut illi nomine Populi manus imponant.

IV. Tertium dogma est, Vocationem seu Missionem (quæ nihil aliud est, quàm Jurisdictionis collatio, & actualis Pastoris constitutio) non ad Populam, sed ad Episcopos, & potissimum ad summum Pontificem pertinere; uti iterum tum ex S. Scriptura, tum ex Apostolica consuetudine probatur. Cui dogmati contraria iterum est Hæresis Lutheranorum & Calvinistarum docentium, ejusmodi vocationem ad solum Populum pertinere.

V. Quartum dogma est, etiam Jus electionis Jure Divino non competere Populo, sed si quid aliquando hac in re Populus potuit, id totum ex coariventione & concessione Pontificum habuisse. Fundamentum desumitur ex epistola S. Pauli ad Hebr. c. 5. ubi ait, Neminem sibi assumere debere honorem, nisi vocetur à DEO tanquam Aaron, qui à solo Moyse in Pontificem, absque Populi consensu electus est. Hinc dogmati Lutheranorum & Calvinistarum iterum Hæresis contraria est, qui etiam Electionis jus soli Populo concedunt. Item Joannis Wiclef, & Joannis Huls, qui contendunt



dunt solius DEI munus esse, Pastores eligere, eò quòd solius  
& prædestinati Pastores esse possint.

VI. Quintum dogma est, septem Ordines Ecclesiæ  
se, videlicet Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Orationarios,  
Lectores, Exorcistas, Acolythos, uti tum Concilia Florentinum  
& Tridentinum serm. 23. cap. 2. tum Ecclesiæ ultionum  
bat. Huic dogmati contraria est Calvini & Kemnitii  
sis, qui tres duntaxat Ordines, Episcoporum (quos  
stores vocant) Presbyterorum (quos seniores, vel Veteranos  
nistros appellant) & Diaconorum admittunt.

VII. Sextum dogma est, Cælibatuum Ordinibus  
rectè fuisse ex constitutione Apostolica annexum; scilicet  
tum ex S. Paulo ad Tit. c. 1. dicente, Episcopum debere  
brium, continentem &c. esse; tum ex ipsa munus  
colligitur; si enim Veteris Testamenti Sacerdotes  
re, quo ministrabant in tabernaculo, debebant ab  
abstinere, Sacerdotes Novi Testamenti, qui semper  
strant, rectè dicuntur semper abstinere debere, ut  
ter discurren Ven. Beda in c. 1. Luc. Huic dogmati  
dicit inprimis hæresis Vigilantii docentis, nullum  
debere Subdiaconum aut Diaconum, nisi prius Uxor  
cat, eò quòd post Ordines sacros id facere amplius  
zeat; & nimis magno periculo se exponat, qui sine  
vit. Deinde eidem magis contradicit hæresis Wiclefiana  
theri, Calvini, Bezae, & aliorum, qui contendunt, eorum  
ordinationem uxores duci ab Ordinatis posse.

VIII. Septimum dogma est, rectè etiam ab  
constitutum esse, ut bigamos ordinare non liceat;  
tum ex Scriptura ad Tit. c. 1. dicente: *Diaconi sint  
xoris viri*: tum ex communi consensu SS. Patrum  
Ecclesiæ consuetudine colligitur. Cui dogmati  
cit Hæresis Lutheri & Calvini ac aliorum libere  
dinationem admittentium, & dicentium, quòd  
pturæ cit. solummodo fornicatio, aut adulterium  
sur, vel certè ne plures uxores simul accipiantur.

IX. Octavum dogma est, decimas saltem  
natè, id est, quatenus aliquam partem fructuum  
Sacerdotibus justè tam Divino, quàm Ecclesiasticè



solvi; sic enim jam olim lex antiqua (quæ in moralibus etiam  
nunc observari debet) & Ecclesiastica quoque lex ordinavit.  
Cui tamen dogmati se opponunt imprimis Wiclef, volens  
decimas nullo jure deberi Sacerdotibus, sed puras esse eleē-  
mosynas, ideoque malis Sacerdotibus omnino dandas non  
esse. Deinde Fraticelli seu Pseudo-Apostoli, docentes, ne-  
minem posse recipere decimas, nisi qui in paupertate more  
Apostolorum viveret.

X. Nonum dogma est, non esse prohibitum Clericis, ut  
certas possessiones habeant; alioqui enim frustra Concilia,  
& Canones prohiberent bona Ecclesiastica abalienari. Unde  
hæresis est Wiclefi putantis, non licere Clericis ejusmodi  
possessiones habere.

XI. Decimum dogma est, Clericos in causis Ecclesia-  
sticis Jure Divino exemptos esse, non tamen ab obligatione  
legum civilium (si quidem Sacris Canonibus & officio Cle-  
ricali non repugnent) quamvis etiam ob harum transgres-  
sionem à Judice sæculari puniri possint: bona verò ipsorum  
tam Ecclesiastica, quàm sæcularia jure humano libera esse à  
tributis Principum sæcularium (nisi alio titulo speciali ta-  
ribus tributis obnoxia sint) quæ omnia tum ex Conciliis va-  
riis, tum ex SS. Patrum testimoniis, tum ex Apostolorum ex-  
emplo probat Bellarminus c. 28. Huic tamen dogmati con-  
trarium docent Calvinus, Brentius & alii asserentes, Clericos  
in omnibus, præterquam causis Ecclesiasticis, subiectos esse  
debere Magistratui politico.

§. VII.

De Monachis.

I. Monachorum nomine hoc loco non tantum intelli-  
guntur Monachi strictè accepti, qui soli vitæ contemplativæ  
operam, ut Cassinenses, Carthusienses, & similes, sed  
etiam alii Regulares & Religiosi, qui vel solam activam vi-  
tam, vel simul etiam contemplativam profitentur, de quibus  
sequuntur sequentia dogmata.

II. Primum dogma est, Monachatum non esse novum  
dogma; cum, uti Bellarminus l. 2. c. 5. ostendit ex Cassia-  
nensis collat. 18. cap. 5. & SS. Patribus, Cœnobitarum discipli-  
na à



na à tempore prædicationis Apostolicæ inceptit; imò ipse ait, ipsi Apostoli fuerint primi Monachi Christiani, qui & votum continentia, obedientia, & communia habebant. Huic dogmati contrarium docet Philippus Melancthon à Bellarm. cit. c. 6.

III. Secundum dogma est, multa esse verè & prædicta Consilia Evangelica, sed præcipuè Continentiam, obedientiam, & Paupertatem, quæ nec sint præcepta, nec in Scriptura variis in locis, tum primæ & Ecclesiæ extant SS. Patrum testimonia probant. Qui doctrinæ contra inprimis est Hæresis Encratarum volentium, ut non salvari posse, qui cælibem vitam non duceret; aut, nisi abusus renunciaret, ut Pelagiani dicebant. Deinde hæresis viniani consilium continentia negantis, sicut Vigilius paupertatis, & Lamperiani obedientia rejecerunt contra. Et tandem hæresis Lutheranorum & Calvinistarum contra Iesuo dicentium, non modò prohibita esse à DEO consilia, sed etiam stulta & inania.

IV. Tertium dogma, prædicta consilia laudabilia, non sunt à DEO firmari, & per eadem DEVM verè & propriè coluntur, exemplis S. Scripturæ, tum SS. Patrum testimonio, tum verò, quæ verè est actus Religionis, naturà probantur. Cui tamen dogmati contrarius est error Lutheri & Calvinianorum, quod vota de rebus non præceptis non possent esse laudabilia, & laudanda DEVM.

V. Quartum dogma est, ad vota obedientia, & paupertatis licitè admitti quæcumque ætatem, & conditionem, uti testimonio S. Scripturæ Thimothei, & Pauli, & aliorum, tum consuetudine, tum consensu SS. Patrum probatur. Cui tamen dogmati contrarius est error Lutheri & Calvinianorum, quod vota de rebus non præceptis non possent esse laudabilia, & laudanda DEVM.

VI. Quintum dogma est, Filios in vitis Parentum, & in domibus suis sine illorum auxilio sustentare se possunt; si casu licet Maritum eligere, cur non liceat DEVM



inquit S. Ambrosius. Contrariam tamen huic dogmati doctrinam tradidit Lutherus, Magdeburgenses & alii apud Bellarminum.

VII. Sextum dogma est, etiam Conjugatis licitum esse, continentiam ex consensu mutuo vovere. Uti exemplo B. Virginis & S. Josephi, pluriusque aliorum apud Bellarminum c. 37. cit. probatur. Contra hoc tamen dogma exurgit Petrus Martyr cum Magdeburgensibus asserens, S. Paulum tantum ad tempus ejusmodi continentiam 1. Cor. 7. concessisse.

VIII. Septimum dogma est, etiam Matrimonium ratum, & non consummatum per talia vota solvi; uti ex Concilio Tridentino Sess. 24. c. 6. & Jure Canonico habetur. Negant tamen ea dissolvi posse Erasmus, & Magdeburgenses, eo quod Matrimonium ratum sit verum Sacramentum, atque adeo indissolubile esse debeat.

IX. Octavum dogma est, Eremiticam vitam non modo licitam, sed etiam sanctam, perfectam, Deoque gratam esse; alioqui enim S. Scriptura Matth. 1. & Luc. 1. male S. Joannem Baptistam laudaret, & SS. Patres idem institutum commendarent, utpote per quod norunt, viros perfectissimos & miraculis clarissimos evasisse. Huic dogmati contradicunt Calvinus & Magdeburgenses negantes licitam esse hanc vitam, tum propter solitudinem, quam ex odio generis humani oriri putant: tum propter nimiam vitæ severitatem, quâ eos in se peccare, vitam abbreviando, periculisque sese exponendo, & stulto labore vexando censent.

X. Nonum dogma est, habitum quoque & tonsuram Monachorum licitam & laudabilem esse; cum & antiquissimus sit, & significationem admodum honestam & piam habeat, scilicet agendæ pœnitentiæ & contemptus Mundi, & spinæ coronæ Christi. Unde immeritò Calvinus & Magdeburgenses apud Bellarminum c. 40. habitum & tonsuram res superstitiosas, & S. Scripturæ, usuique purioris Ecclesiæ non conformes damnant.

XI. Decimum dogma est, laudabile esse, licitumque, Monachi labore proprio vivant vendentes opera sua; vel bonis communibus; vel ex bonis relictis aut donatis; vel mendicatione se sustentent; hos omnes quippe modos sustentendi



alendi tum multi Pontifices; tum continuus SS. PP. & aliorum  
 lium sensus; tum multa miracula per ejusmodi Mendicantium  
 patrata ostendunt. Contrarium tamen docent impudenter  
 Messaliani sive Euchitæ negantes posse Religiosos se  
 suo sustentare, sed potius debere in DEO confidere, & aliis  
 laboribus vivere. Deinde Wiclefus & Calvinus volentes  
 debere Regulares ex proprio labore vivere, atque ad  
 posse licite mendicare, ne se periculo fame morientium  
 nant, & legem Divinam ac humanam, quæ talem  
 tatem voluntariam vetat, violent.

## §. VIII.

## De Laicis.

I. Per Laicos hoc loco nihil aliud intelligitur  
 illi Homines, quibus nulla pars Ecclesiasticæ ac Spirituales  
 functionis commendata est, de quibus sequentia  
 proponit Catholica nostra fides.

II. Primum dogma est, licitum esse Christianis  
 stratus gerere, & tribunalia, ac jus gladii possidere,  
 testimoniis S. Scripturæ in utroque testamento; tum  
 plis Sanctorum; tum ex fine Principatus, qui est  
 defendere alios, colligitur; nec enim hic finis ob  
 le possit, si quis Christianus seorsim vivere debet  
 dogmati contrarius est error Anabaptistarum & Ther  
 rum negantium tales Magistratus & judicia ullo  
 tianis à Christo permessa esse.

III. Secundum dogma est, ejusmodi potestates  
 impiis gratiâ DEI carentibus convenire posse; cum  
 mentum Domini non sit gratia, sed natura; & ideo  
 ra exempla afferri possint, quibus probetur, similem  
 tem etiam impiis concessam fuisse. Contrarium  
 gma tradiderunt Armacanus, Joan. Wiclef, & Jo  
 fus volentes, præcipuum titulum Domini esse  
 justitiam ac gratiam DEI.

IV. Tertium dogma est, posse Magistratum  
 leges in conscientia obligantes; quia sicut Mag  
 prium est leges condere juxta illud S. Scripturæ  
 me Reges regnant, & Legum Conditores iustia



legi propriam est in conscientia obligare; certe pleræque rationes, quæ probant legem Divinam obligare in conscientia, etiam de humana idem evincunt, uti fuse ostendit Bellarminus l. 3. c. 11. Huic tamen dogmati se opposuerunt inprimis Waldenses & Anabaptistæ, qui utrumque negant; deinde Calvinus, qui concedit quidem, leges à Magistratu ferri posse, sed eas in conscientia non obligare.

V. Quartum dogma est, licitum esse Christianis bella iusta gerere, uti tum testimoniis S. Scripturæ & SS. Patrum; tum exemplis plurimorum Sanctorum; tum auxiliis, quibus DEVS juvit talia bella gerentes; tum ex ipsa conservandæ rei publicæ necessitate fuse probat Bellarminus c. 14. contra Manichæos & Anabaptistas negantes ejusmodi bella licita esse, sed potius à Christo & Apostolis interdicta. Item contra Lutherum, qui saltem contra Turcas illicitum esse bellum contendit.

VI. Quintum dogma est, ad Magistratum quidem pertinere defensionem Religionis, non autem iudicium; quia Ecclesiam gubernandam non Magistratui politico, sed S. Petro & Successoribus commisit, defendere tamen eandem debent, quia unum corpus cum Ecclesiastico Magistratu constituent, atque adeo ea omnia, quæ Religionem veluti animam corporis politici destruere possunt (qualis vel maxime foret libertas quilibet credendi) removeré tenentur. Opus politum tamen docent Brentius & Melancthon Magistratui politico non tantum defensionis, sed etiam iudicis officium committentes. Item Themistius Philosophus, qui Valentini Imperatori persuadere conatus est, ut omnes sectas admitteret, utpote gratissimum DEO opus, si pluribus modis colatur, quam libertatem etiam Germani aliqui Principes anno 1524. Spiræ petierunt.

VII. Sextum dogma est, posse Hæreticos ab Ecclesia damnatos publicis pœnis affici, eorumque libros penitus abstrahi; quia sic exigit mandatum DEI & Christi jubentium, ut omnes Prophetas & quoscunque alios pacem publicam turbantes occidi; atqui Hæretici & falsi Prophetæ sunt, & pacem turbant, quàm fures, adulteri, & latrones turbant. Contra hoc tamen docuit Joannes Huss, & post ipsum Lutherus vocat, ut potius juxta Christi monitum utraque crescere sineretur.

M

§. IX. De



## De Purgatorio.

I. Per Purgatorium hęc intelligitur locus quidam quo tanquam in carcere post hanc vitam purgantur anime quę in hac vita purgatae satis non fuerunt, ut nimirum purgatae in cœlum ingredi valeant, quò nihil contrarium introibit, de quo Catholica fides sequentia per dogmata.

II. Primum dogma est, verè tale Purgatorium est in quo anime necdum penitus expiate ad tempus torquentur; hoc enim probari potest tum testimoniis utriusque veteris & SS. Patrum, & Conciliorum; tum ex ipsa naturalium peccatorum, cum quibus aliquis mori potest, adeò pœnæ obnoxius manere. Contrarium tamen Wiceltes, Apostolici, Albigenfes, Hufs & Wiceltes, Lutherus, Calvinus, & Zwinglius tenent.

III. Secundum dogma est, solos Homines peccato veniali, aut certè absque adæquata satisfactione pro peccato mortali morientes, hoc purgatorio cruciari; quia damnati pœnæ æternæ sunt obnoxii sine omni peccato & reatu moriuntur, non sunt amplius pœnæ. Contra hoc dogma tamen docuit Origenes, quod in mortalibus peccatis mortui sunt, pœnæ tantum temporalem esse. Item alii à S. Augustino in Civ. Dei c. 18. & seq. citati, qui eos solos, qui aliquando Christiani fuerunt, pœnæ purgatorii ob quæcunque peccata commiserunt docent.

IV. Tertium dogma est, animas in purgatorio non plus mereri posse; quia sic passim Scriptura testatur apud Inferos non esse inventas, qui mercedem non merentur, & similia. Contrarium tamen docuit Lutherus, quando Purgatorium confitebatur.

V. Quartum dogma est, animas in purgatorio non saltem certas esse; cum iudicium particulare iam habuerint atq; adeò sciant, se ad pœnas æternas damnatas non esse; contrarium tamen idem Lutherus olim, & Michaelis, & alii docuerunt.



VI. Quintum dogma est, Purgatorii pœnas tantum usque ad diem iudicii duraturas; quia Christus Matth. 25. duos tantum Ordines Hominum post extremum iudicium futuros dicit, scilicet Beatos & Damnatos. Contrarium tamen docuit Origenes ho. 14. in Lucam, dum etiam ultra resurrectionem eas pœnas duraturas contendit, ut, sicut corpora cum anima peccaverunt, ita cum eadem suas etiam pœnas sustineant.

VII. Sextum dogma est, animas defunctorum piè viventium suffragiis recreari, & liberari; sic enim expressè in lib. 2. Machab. c. 12. dicitur, Sanctam & salubrem esse cogitationem, pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. Oppositum tamen docent hæretici moderni penè univèrsi.

VIII. Septimum dogma est, Sepulturam Catholico more & ritu fieri solitam, non modò sanctam, sed etiam meritoriam esse; sic enim 2. Reg. 2. expressè dicitur: *Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelivistis eum, & nunc retribuet vobis Dominus.* Unde malè Hæretici hujus temporis rident morem Catholicam, quo defunctorum corpora in locis sacris, cum usu cereorum sepeliuntur, negantque hoc opus esse meritorium, eò quòd Christus ipse enumerans Matth. 25. alia opera misericordiæ de hoc nullam mentionem fecerit.

## §. X.

## De Cultu Sanctorum.

I. De hoc sequentia dogmata proponit Ecclesia Catholica. Primum est Animas Sanctorum jam nunc frui visione beatifica, uti constat tum ex variis S. Scripturæ & SS. Patrum testimoniis; tum continua Ecclesiæ praxi; tum ex variis visionibus; tum ex ipsa DEI liberalitate, quæ non minor est ad præmiandum, quam sit Justitia ad puniendum, ergo si damnati jam nunc puniuntur, etiam Sanctos nunc præmiari concedendum est. Contrarium tamen docuere Tertullianus, vigilantius, Calvinus & alii volentes, post Resurrectionem universalem primùm eos suâ gloriâ fruituros.

II. Secundum dogma est, Sanctos rectè ab Ecclesia canonizari, ut eos honorare, laudare, & imitari possimus; atque



in hac Canonizatione Pontificem, ad quem solum ea pertinet, errare non posse; sic enim præparatio & caudela, quæ in Canonizatione tali adhibentur, & complura miracula à sanctis edita, meritò credere jubent. Quidquid in hoc positum Wicel cum Luthero & Calvino dixerit.

III. Tertium dogma est, Sanctos legitime per cultum aliquem Divino cultu minorem, & majorem cultu civitatis à Fidelibus; sic enim & S. Scriptura, & SS. Patrum testimoniis, & communi Ecclesiæ praxi hætenus probatum fuerit contra Lutherum, & alios constanter negantes hunc cultum mitti posse.

IV. Quartum dogma est, eosdem Sanctos etiam fructuosè invocari à Fidelibus posse; verèque pro his & intercedere; sic enim ex S. Scriptura, Conciliis, SS. Patribus, & communi Ecclesiæ praxi colligitur. Negant hoc pertinaciter moderni Hæretici, & ante illos tempora Bernardi, Henriciani, Petrobrusiani & Apostolici heretici.

V. Quintum dogma est, etiam reliquias Sanctorum cultu venerandas esse; uti iterum tum ex S. Scriptura, Conciliis & SS. Patribus, tum ex miraculis, quæ ad cultum ipsum contactum & venerationem patrata sunt; tum ex culosis inventionibus, tum ex eo, quòd fuerint organa præclara Sanctorum opera & miracula, pignora Patrum exuvia carissimorum Amicorum, trophæa triumphorum, incitamenta virtutum, & designata membra ad incrementum splendorem & gloriam. Huic tamen dogmati verè se opposuerunt Eunomus & Vigilantius, Constantinus, Theodosius, & pronomus Imperator, & tandem novissimè Wicel, Lutherani & Calvinistæ, qui cultum istum superstitiosum & impium damnare sunt ausi.

VI. Sextum dogma est, Imagines DEI, Christi, & Sanctorum non esse duntaxat publicè proponendas, sed etiam caritatem erga DEVM & Sanctos fovendam, & imitationem, confessionem fidei faciendam, ipsorum Sanctorum memoriam conservandam conducunt. Hæc præcepto & religioso cultu venerandas esse, uti tum DEVS in Genesi dicavit, dum imagines Cherubin super arcam exivit, tum Serpentem æneum in deserto venerandum præcepit.



Augustinus concludit, si licuit venerari imaginem Christi in forma serpentis, cur non potius erit venerabilis imago Christi in forma Hominis? sed & tot miraculis eundem cultum confirmavit; tum beneficia plurima, quæ cultoribus imaginum sunt collata; tum pœnæ & infelices exitus, quos Iconomachi. & earundem imaginum contemptores sunt experti. Huic dogmati contraria est hæresis Machumetanorum, qui primi fuisse Iconomachi dicuntur; quos postea varii Imperatores, Leo Isauricus, Constantinus Copronymus, & Leo Armenius secuti sunt; & tandem Joan. Wiclef, Andreas Carolstadius, Zwinglius, & Calvinus in eorum vestigia successerunt.

VII. Septimum dogma est, etiam templa in DEI & Sanctorum honorem laudabiliter eriguntur; uti ex Christi, Apostolorum, & primorum Christianorum exemplo, & ex ipso fine, propter quem eriguntur, scilicet propter orationem, sacrificium, reliquiarum asservationem, & Populum DEI Verbo & Sacramentis pascendum, colligitur. Cui tamen dogmati contradicit hæresis Manichæorum & Petrotrufianorum, Anabaptistarum, Lutheranorum, & Calvinistarum, quorum priores omnino non erigenda dicebant; posteriores vero saltem non splendide ornanda aut consecranda, sed præcisè ad conciones & Sacramentorum administrationem adhibenda asserebant.

VIII. Octavum dogma est, rectè & salubriter in Ecclesiis aquam, oleum, panem, cereos, cineres, ramos palmarum, & similia benedici; tum quia ipse Christus Matth. 14. & Luc. 9. panes antè, quàm distribuere, benedixit; tum quia D. Paulus 1. Tim. 4. dixit: *Omnis creatura DEI bona est, & nihil abiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per Verbum DEI & orationem*: tum quia vetus est traditio ab ipso tempore Apostolorum (saltem quoad aquæ benedictionem) ad nos usque deducta: tum quia finis est optimus & honestissimus; benedicuntur enim 1. ad significandos effectus spirituales, nam cineris aspersio significat penitentiam: Cerei Paschales gloriam resurrectionis: palmarum victoriam &c. 2. Ad deletionem venialium peccatorum. 3. Ad fugandos Dæmones, morbôsque curandos, ut precibus, quibus consecrantur, patet; licet hos effectus non



infallibilitet, ut Sacramenta, causent, cum vim suam non habeant ex pacto expresso DEI, sed Ecclesiae duntaxat precipientiumque devotione habeant. Huic dogmati leues fuerunt imprimis Waldenses, & Flagellantes, qui omnia Sacramentorum tatem constituebant in sanguine per flagellationem effuso, atque adeo omnia alia Sacramenta & Sacramentorum contemnebant, & aspergillum, quo aqua aspergitur, in mortis, ipsas vero guttas dispersae aquae scintillas in inferos vocabant. Wiclefus vero practicam Necromantiae vocat. Lutherus denique & Calvinus non Apostolicum, sed humanum & inutile inventum esse asserunt.

IX. Nonum dogma est, etiam peregrinationes & templa sacra pie ac utiliter institui; tum quia etiam in Veteri Testamento ter in anno in Jerusalem observari debebant, & hanc legem ipse Christus cum Petro observavit: tum quia SS. Patres eas vehementer commendant: tum quia triplicem utilitatem afferunt, nempe gratiam Sanctis & DEO, satisfactionem vero, & devotionem incipientium augent. Huic dogmati contraria est Petrus Petrobrusianorum, Wiclefistarum (qui idololatriam vocabant) & Calvinistarum, qui cum suo Authore eas plenas omni impietate esse asserunt.

X. Decimum dogma est, Vota quoque, quae Saepius eupantur, licita, pia, & honesta esse: sic enim & Augustinus Patrum à Bellarmino l. 3. c. 9. citatorum sensus, & huius Fidelium usus ab Ecclesia approbatus docet. Huiusmodi vota miris modis irridet Erasmus, & cum eo plerique moderni Haeretici.

XI. Undecimum dogma est, dies Festos in honorem DEI & Sanctorum institutos, verè aliis diebus esse sanctiores, & partem quandam divini cultus, quae Patres passim eos Sanctos, & omni veneratione observant, tum quia non apparet ratio, cur loca & tempora sanctificari queant, & non etiam tempus simili modo sanctificari: tum quia finis est optimus, scilicet reparationem peccatorum Mysteriorum, memoria Sanctorum, & maiorem pietatis occasio. Huic tamen dogmati contrarium Petrus Petrobrusianus Haeretici docuerunt: nam 1. Ebionitae etiam dies festos observari volebant; deinde Petrobrusiani &



omnia Festa tollebant; Lutherus tandem & Calvinus ea tantum disciplinæ, ordinis ac politicæ causa, non autem ratione mysterii admittebant, ideoque nullam diem altero sanctionem esse, aut in conscientia ad observationem obligare dicebant.

XII. Duodecimum dogma est, rectè ab Ecclesia pro Paschate celebrando tempus certum à tempore, quo Judæi id celebrant, distinctum fuisse constitutum, nempe Dominica proxima Lunæ decimæ quartæ post vernal æquinoctium, sic enim varia consilia decreverunt, ne cum Judæis interfectoribus Christi concurreret Ecclesia, & ut uniformitas in servando Paschate servaretur. Cui tamen dogmati repugnant imprimis Aërii, qui Pascha omnino dicebant non esse celebrandum, eò quod Judaïsmum saperet. Deinde Blaſti, qui volebant, illud eodem cum Judæis tempore celebrandum. Post hos Cappadoces, qui semper vigesimo quinto Martii celebrari id putabant debere. Britones verò & Scoti post Lunam decimam tertiam celebrabant. Et tandem Novatiani cuique liberam esse debere temporis Paschalis electionem contendebant.

## §. XI.

## De Sacramentis in genere.

I. De his sequentia dogmata proponit Catholica Fides. Primum, dari Sacramenta, eaque rectè à Concilio Tridentino Catechismo sic definiri: *Est res sensibus subiecta, qua ex Dei institutione, Sanctitatis & iustitiæ tum significanda, tum efficienda vim habet.* Contra hoc dogma variæ exortæ sunt Hæreses. Nam 1. Archontici, Fraticelli seu Beguini, Pauliciani, Schwenckfeldiani solis verbis loco Sacramentorum utebantur. 2. Messaliani, Armeni, Lutherani, Calvinistæ admittunt quidem Sacramenta, sed nuda signa, eaque non necessaria esse contendunt.

II. Secundum dogma est, omnia Sacramenta rebus & verbis constare à Christo Domino institutis, uti ex Concilio Florentino, & perpetua Traditione constat. Cui tamen dogmati contraria est Calvinus hæresis docentis in solo baptismo verba, & quidem concionatoria duntaxat requiri;



item Brentii & aliorum Lutheranorum, qui volunt verum Sacramentis ad instruendum tantum Populum esse necessaria.

III. Tertium dogma est, verum Ministrum Sacramentorum non esse quemlibet hominem baptizatum & tunc præditum sed solum in Ecclesia ritè ordinatum, baptizatum & Matrimonio exceptis, si enim in lege veteri omnes poterant Sacramenta ministrare, merito hoc etiam de Sacramentis novæ legis dicitur. Huic dogmæ contradicit Lutherus, qui non Homines duntaxat baptizatos, sed etiam Dæmones Ministros esse posse dicit.

IV. Quartum dogma est, non solum bonos, sed malos Ministros valde administrare Sacramenta potest, quia sic antiquissima habet traditio ab ipso tempore Apostolorum: eum quia Minister non suâ, sed Christi auctoritate nomine administrat Sacramenta, & ideo etiam Circa olim a Samaritanis ministrata legitima putabatur. Contraria huic dogmati est hæresis Donatistarum, Waldensium & Albigensum, ac Wiclefi, Hussii, & aliorum.

V. Quintum dogma est, invalidum esse Sacramentum si desit legitima intentio faciendi, quod Christus instituit, quia per hanc intentionem determinari debet in forma. Unde hæresis est opinio Lutheri, Calvinii, & aliorum, quod Sacramentum perfici, si res adint & Minister sciet fide vel irrisorie Minister actionem illam peragere.

VI. Sextum dogma est, Sacramenta non ex opere operantis, sed ex opere operato conferre gratiam; quia per S. Scripturam ipsis Sacramentis vis tribuitur; & alioquin essent signa, etiam ab hominibus institui possent. Quod sentiunt Messaliani, Lutherani, & Calvinistæ, quod efficaciam Sacramentorum fidei tribuentes.

VII. Septimum dogma est, nullum Sacramentum conferre gratiam ex opere operato per modum præstitisse; uti tum ex S. Scriptura & SS. Patribus, tum etiam, ex eo colligitur, quod nullibi talis virtus Sacramentis illis collata legatur. Huic dogmati contrariæ sunt Lutheri, qui saltem ea Sacramenta veteris legis, quæ missionem annexam habebant, ut iris, & ros in rebus significare hominem contendebat. Calvinus tamen



Sacramenta justificasse docebat, licet non tam copiose, ut novæ legis Sacramenta.

VIII. Octavum dogma est, per Baptismum, Confirmationem, & Ordinem præter gratiæ collationem, etiam Characterem spiritualem animæ imprimi; per quem homo fiat aptus ad cultum divinum, configuretur Christo, & ab aliis distinguatur. Fundamentum est, quia hæc sola Sacramenta iterari non possunt, cujus alia ratio commodior reddi non potest, quam quia Character ex Christi institutione imprimitur. Contraria tamen est hæresis Wicleffi, Calvini, Kemniti, & aliorum asserentium, talem Characterem probari non posse, sed ab Innocentio tertio, qui multa mala decreverit, & fecerit, fuisse excogitatum.

IX. Nonum dogma est, septem duntaxat esse Sacramenta novæ legis, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Ordinem, Unctionem, Matrimonium, uti tum ex Conciliis, tum unanimi sensu Theologorum, & variis congruentiis probat Bellarminus to. 2. l. 2. c. 23. Contrariæ hæreses sunt inprimis Lutheri, qui alibi unum duntaxat, alibi duo assignat, Baptismum scilicet, & Eucharistiam: alibi verò etiam Pœnitentiam adjungit. Zwinglii, qui Baptismum, Cœnam, & Matrimonium. Calvinii, qui Baptismum, Cœnam, & Ordinationem. Melanctonis, qui Baptismum, Cœnam, Pœnitentiam, Ordinationem admittit.

X. Decimum dogma est, rectè etiam Cæremonias sacras in Sacramentorum institutione adhiberi; tum quia ab ipso Christo & Apostolis aliquæ sunt institutæ; tum quia ejusmodi cæremonia sunt utiles ad memoriam, intelligentiam, & voluntatem juvandam & excitandam, ipsamque religionem conservandam: & præterea sunt meritoria, utpote exterior fidei & religionis professio: & sunt pars cultus divini faciendi, ut DEVS non tantum animo, sed etiam corpore colatur. Cui tamen dogmati se unanimiter opponunt Lutherani, Calvinistæ, & alii Hæretici, has cæremonias velut superstitiones & inutiles damnantes.



De Sacramentis in specie, & præcipue  
Baptismo & Confirmatione.

I. De his sequentia dogmata tradit Catholicæ  
Primum est, Baptismum, quem omnes pro Sacramento  
eunt, etiam Hæretici, in vera & naturali aqua admittunt  
dum esse; cum aquæ solius Scriptura meminerit. Hæ-  
men dogmati variè se opposuerunt, nam Manichæi  
aquam rejiciebant, à Diabolo, ut putabant, productam  
leucus & Hermias eam non admittebant, quia ad  
baptismum spectabat, Christi autem baptismus potius  
administrandus videbatur. Jacobitæ loco aquæ  
dente figuram Crucis in frontibus exprimebant. He-  
ni pro aqua substituebant Verba: *Ego sum aqua* &  
therus omnem liquorem balnei nomine nuncupabat  
que adeò etiam vinum, lac, & cervisiam pro materia  
admittebat.

II. Secundum dogma est, formam baptismi  
esse, vel eam, quam Latini adhibent dicentes: *Ego  
in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*; vel  
Græci usurpant dicentes: *Baptizetur N. in nomine  
hæc enim forma est conformis illis Christi verbis  
Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus  
Et antiquæ traditioni Pontificumque Pelagii & Zosimi  
finitioni. Contra hoc dogma pugnant in primis  
nomine ignoti Patris, in veritate Matris omnium  
mine descendens JESU baptizantes. Ariani  
Patris per Filium in Spiritu Sancto baptismum  
Brentius legitimam quidem hanc formam agnoscat  
non necessariam.*

III. Tertium dogma est, baptismum non  
essitate præcepti, sed etiam necessitate mediæ  
esse ad salutem; quia sic colligitur ex e. 3. Joan. *Qui  
natus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non pergit in  
gnum cælorum.* Contraria huic dogmati est  
glanorum negantium Baptismum necessarium esse  
tionem peccati originalis, licet ad afflictionem



cessariam putent. Item modernorum Hæreticorum, absolute negantium esse necessitate medii necessarium.

IV. Quartum dogma, Ministrum baptismi solemniter esse solos Presbyteros vel Diaconos, non solemniter verò etiam Laicos ratione præditos, sic enim ex Conciliis, & communi sensu SS. Patrum habetur. Unde hæresis est doctrina Calvini docentis etiam in casu necessitatis nemini licitum esse baptizare, nisi ordinato Ministro.

V. Quintum dogma est, infantes licite & valide baptizari; tum quia circumcisio, quæ erat figura baptismi, etiam Infantibus administrabatur; tum quia etiam Infantes indigent remedio salutis, si hoc tempore mori eos contingeret. Contrarium tamen pertinaciter docuerunt Anabaptistæ, & nonnulli alii.

VI. Sextum dogma est, Infantibus per baptismum verè infundi habitum fidei, spei, & caritatis; nullam tamen actualem fidem esse necessariam, nisi quatenus ipse baptismus est confessio fidei, & quatenus pro ipsis Patrini fidem profitentur; quæ doctrina habetur tum ex Conciliis, tum ex communi sensu SS. PP. & Theologorum. Contra quam tamen pugnant imprimis Lutherani docentes, actualem fidem & inclinationem ad diligendum Deum requiri in Infantibus, sicut S. Joannes Baptista in utero exultavit. Deinde Sacramentarii negantes ullam fidem etiam habituales esse necessariam.

VII. Septimum dogma est, Baptismum ex opere operato delere omnem culpam & pœnam, gratiamque & alios habitus virtutum annexos conferre, ac characterem imprimere, uti ex Scriptura, Conciliis, & communi sensu Theologorum habetur. Contra quod dogma Hæretici apud Bellarminum I. c. c. 12. docent, baptizatum non posse damnari, nisi nollet credere, liberari quoque ab omnina divinæ & humanæ legis, obligatione, ac omnibus votis; imò solam etiam memoriam Baptismi justificare à peccatis post Baptisma patris.

VIII. Octavum dogma est, Baptismum Joannis non fuisse Sacramentum ex opere operato justificans; quia con-  
tinet illos, qui olim à S. Joanne baptizati fuerant, iterum fuisse baptizatos, quod fieri non debuisset, si ille baptismus fuisset



isset verum Sacramentum. Contrarium tamen Lutherus  
 Petilianum Donatistam docuit.

IX. Nonum dogma est, Confirmationem esse  
 Sacramentum à Christo institutum. Uti tum ex S. Scriptura  
 Luc. ult. *Sedet in cervice, quoad usque induamini* & c.  
 alio. Tum ex Conciliis, & SS. Patribus probari potest.  
 Contra hoc dogma pugnant Novatiani, Donatistæ, Waldenses  
 & multi ex Lutheranis & Calvinistis.

X. Decimum dogma est, Ministrum Sacramenti  
 ordinarium esse solum Episcopum, uti Concilia & SS. Patres  
 communi consensu docent & vel ex eo etiam probatur  
 confirmatio sit complementum Baptismi, & ad salutem  
 militiam Christianam, atque adeo à primario Ministro  
 duce peragi debeat. Contrarius tamen error est  
 Calvini, Kemnitii & aliorum, hoc officium etiam  
 simplicibus concedentium.

### §. XIII.

#### De Sacramento Eucharistiæ.

I. Primum dogma est, in alio SS. Eucharistiæ  
 Sacramento post panis & vini consecrationem, Dominum  
 IESUM Christum, verum Deum ac hominem, realiter ac  
 substantialiter, sub specie illarum rerum contineri  
 absque substantia panis & vini. Ut Concilium  
 Trid. S. 13. can. 1. definiuit & colligitur ex  
 illo Jo. 6. *Panis, quem ego dabo, caro mea est promissa*  
 Et ex ipsis formæ consecrationis verbis; *Hoc est corpus*  
 Huic dogmati se opponunt Simoniani & Manichei  
 Gnostici, Arcontici, Donatistæ, Albigenes, negantes  
 se corpus Christi. Deinde Calvinus & Zwinglii  
 dum duntaxat signum ibidem contineri dicebant.  
 Lutherus cum asseclis, qui panem cum corpore  
 manere contendit.

II. Secundum dogma est, sub qualibet specie  
 quantumcumque parva totum Christum contineri  
 Concilium Tridentinum can. 3. traditio, & Scriptura  
 6. docent. Contrarium tamen sentiunt Calvinus



Wiclef, & alii, negantes, Christum posse in Evcharistia existere, nisi occupet locum.

III. Tertium dogma est, corpus Christi in Evcharistia adesse per veram conversionem substantiæ panis in corpus Christi, & vini in sanguinem Christi, quæ conversio postea Transsubstantiatio appellata est; quia sic Concilia & SS. PP. ex veritate verborum consecrationis colligunt. Contrarium docent Berengarius & Lutherani volentes panem cum corpore manere, & verè etiam hypostatice Christum uniri, ita ut dici possit: *Panis est corpus Christi.*

IV. Quartum dogma est, corpus Christi etiam peracta consecratione permanere sub speciebus, nec Sacramentum hoc in usu duntaxat consistere. Ita Tridentinum Sess. 13. can. 4. Contra hoc tamen dogma Bucerus, Calvinus, Petrus Martyr, & Illyricus contendunt, panem & vinum tantum esse Sacramentum, quando bibuntur, aut comeduntur.

V. Quintum dogma est, pro Calicis materia vinum aqua mixtum esse offerendum, uti ex constanti traditione SS. Patrum habetur. Huic dogmati contrariam hæresin docuerunt in primis Ebionitæ, Tatiani, & Aquarii solam aquam sobrietatis prætextu consecrari debere asserentes. Item Armeni & Lutherus solum vinum sine aqua consecrandum dicentes.

VI. Sextum dogma est, ministrum Evcharistiæ consecretiendæ solum Presbyterum, sive bonum, sive malum, esse; uti habetur ex recepta traditione & consensu Ecclesiæ. Contra hoc dogma pugnant Lutherus, asserens etiam Diabolum alidè consecrare posse; & Wiclefus dubitans, an possit Sacerdos consecrare, & id non possit bonus Laicus.

VII. Septimum dogma est, effectum Evcharistiæ esse spiritualiter pascere & nutrire sumentem, non autem peccata mortalium per se remittere; quia semper Evcharistia negatur indignis, seu peccatoribus notoriis, quod signum est, remissionem peccatorum non esse primum effectum Evcharistiæ. Huic tamen dogmati se opponit Lutherus, docens primum effectum illius esse peccatorum remissionem, atque adeo, quò plura quis peccata habet, tantò a-

ptio-



ptiorem esse ad communionem, modò credat, sibi peccata remitti.

VIII. Octavum dogma est, Eucharistiam sub una specie æquè legitimè, ac si sub duabus speciebus sumere accipi; cum sub bina specie totus Christus non magis, quam sub una reperiat. Contrarium tamen docent passim Sacramentarii & Lutherani dicentes sub pane solum corpus, & sub vino solum sanguinem reperiri.

IX. Nonum dogma est, Christum in Eucharistia presentem verè cultu Latræ esse adorandum; uti Concilium Tridentinum Sess. 13. can. 6. definivit, & merito. Quod etiam Deitas ob unionem cum corpore Christi repugnat. Huic tamen dogmati perniciter contradicunt Lutherani & Calvinistæ asserentes, Christum in usu duntaxat esse Sacramenti adesse.

X. Decimum dogma est, Missam à Catholicis non solum esse verum sacrificium, uti Bellarminus lib. 2. cap. 1. fusè probat tum ex variis S. Scripturæ textibus: tum ex figura Agni Paschalis & veterum Sacrificiorum: tum ex prophetiis Prophetarum: tum ex verbis institutionis: tum ex traditione Patrum: tum ex Altariis: tum ex officio Sacerdotis: tum ex Liturgiis, & fructu Missæ: tum ex conjunctione Religionis cum Sacrificio: tum ex distinctione legis Christianæ cum Mosaica: tum ex distinctione Sacramenti & Sacrificii: tum ex Ecclesiæ consensu. Quod tamen hoc Sacrificium omnes Hæretici Neoterici negant. Bellarmino l. c. c. 5.

XI. Undecimum dogma est, Sacrificium Missæ verè propitiatorium esse, cum non minus, ac ante passionem Christi, continet hostiam DEO gratissimam, & præsertim officium sit pro peccatis hostiam offerre. Quod docent Lutherus & Calvinus cum omnibus Catholicis volentes Eucharistiam largo duntaxat modo dici posse, in quantum scilicet distributio & communicatio fit in honorem DEI, & in gratiarum actionem pro Christi.

XII. Duodecimum dogma est, Sacrificium Missæ pro mortuis etiam licitè & utiliter offerri; cum



Sacrificium atque adeò non minus pro defunctis offerri queat, quàm Judas Machabæus olim 2. Mach. 12. Sacrificium pro defunctis offerri jussit. Contrarium tamen hodie passim affirmant Hæretici.

XIII. Decimum tertium dogma est, missas privatas, in quibus solus sacerdos communicat, licitè & laudabiliter à pluribus Sacerdotibus eodem die celebrari; si enim ex veteri Ecclesiæ usu, & ipsa ratione Sacrificii probatur, si enim antiqua Sacrificia plura eodem die & loco offerre licebat, quidni multò magis Sacrificium hoc à Solis Sacerdotibus sæpius in die celebrari queat? Negant tamen eas licitas esse Kemnitius, & passim inodetni Hæretici.

XIV. Decimum quartum dogma est, Missam neque in vulgari lingua celebrandam, neque quoad omnia clara voce pronunciandam; cum non sit primariò ad Populum instituendâ, sed ad Deum colendum, variâque dona ab eo impetranda instituta; atque adeò necesse non sit, ut Populus omnia verba intelligat; sed potiùs reverentiam Mysterii deceat aliqua submissè dici, & non sæpiùs ad aures vulgi efferri, ut S. Basilius l. de Spir. S. c. 27. monet. Contradiciunt tamen constanter Lutherani, passim in vulgari lingua totam missam clara voce legentes.

XV. Decimum sextum dogma est, Cæremonias in Sacrificio missæ adhiberi solitas, & pias. & utiles, ac laudabiles esse, uti fusè de singulis tum ex antiqua consuetudine, tum ex variis testimoniis probat Bellarminus l. 6. c. 14. & seq. Execrantur tamen has ferè omnes Cæremonias Calvinistæ cum suo Authore. Lutherus verò missam tantò magis Christianam esse ait, quò simplicior, id est, similiorem missæ Christi, carentem vestium, gestuum, cantuum &c. apparatu.

#### §. XIV.

#### De Pœnitentiæ Sacramento.

I. De hac Catholica fides sequentiâ proponit dogmata, primum est, Pœnitentiam in lege gratiæ signis externis constitutam, accedente verbo Absolutionis esse verum & prodictum Sacramentum; uti tum ex illis Christi verbis

Jo. 20.



Jo. 20. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: tam ex SS. Patrum baptismum conferentium testimonio: tum ex Concilio Tridentino Sess. 14. can. 1. & universalis Ecclesie sensu colliguntur. Negarunt tamen hoc Sacramentum primi Montanistae, Novatiani, & tandem Zwinglius, & Calvinus.

II. Secundum dogma est, Sacramentum Pœnitentiae à Sacramento Baptismi verè distinctum esse; uti tum ex circumcissione, quæ erat figura baptismi nostri, & non est medium pro peccatis post circumcissionem commissam, ex scriptura & SS. Patribus hoc sacramentum secundum naufragiam tabulam vocantibus: tum ex Concilio Tridentino definitione Sess. 14. can. 2. colligitur. Huic tamen contraria est hæresis Lutheri, Melancthonis, & negantium id esse distinctum.

III. Tertium dogma est, tres duntaxat esse pœnitentiales pœnitentiæ, scilicet, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, uti tum ex Concilio Tridentino Sess. 4. can. 4. tum ex communi SS. PP. sensu habetur. Repugnant tamen in primis Calvinistæ terrorem à lege inculcatis solutionis beneficium requirentes: deinde Lutheri, qui ciam, quâ quis credat, peccata sibi ex Evangelii pœnitentione remitti, exigentes.

IV. Quartum dogma est, Contritionem, quæ in foranimo de peccato commisso, conjunctus cum pœnitentia, de cætero non peccandi, esse necessarium ad satisfactionem, veròque remittere peccata cum contritione, etiamsi tantum ex timore pœnæ infernalis, aut æternæ spe procedat: si verò caritate formatus sit, confessionem peccata remittere; uti tum ex SS. Patribus, tum ex Concilio Tridentino Sess. 14. can. 2. colligitur. Contra hanc tamen doctrinam pugnant Lutherus, Melancthonius, & Calvinus negantes confessionem esse necessarium remissionis peccatorum.

V. Quintum dogma, Confessionem Sacramentalem Christo Institutam, verè ad salutem jure divino esse, uti fusiſſimè Bellarminus l. 3. ex Evangelio, Conciliis & SS. Patribus per duodecim sæcula probat, negant tamen hujus confessionis necessitatem Montanistae.



Novatiani, Audiani, Wiclefus, & novissimè Calvinista & Lutherani, asserentes, non esse necessariam omnium peccatorum gravium, & circumstantiarum explanationem.

VI. Sextum dogma est, remissâ culpâ, non semper simul etiam omnem pœnam remitti, atque adeò meritò à Sacerdotibus Sacramentalem pœnitentiam imponi; uti tum ex Concilio Tridentino can. 13. 14. & 15. tum ex SS. Patribus fusè à Bellarmino c. 9. cc. probatur. Negant tamen hanc partem Sacramenti Pœnitentiæ esse necessariam Lutherus, Calvinus, & passim moderni Hæretici, asserentes ejusmodi satisfactiones inventum Pontificium esse, per quas Evangelium obscuretur, & doctrina traditionum humanarum amplificetur.

VII. Septimum dogma est, dari in Ecclesia thesaurum indulgentiarum, cujus dispensatio summo Pontifici sit concessa; uti tum ex Conciliis, tum ex natura Reipublicæ Christianæ, in qua semper dispensatio bonorum communium ad superiorem pertinet. Oppugnârunt autem has indulgentias Waldenses, Wiclef, Hussitæ, Lutherus, Calvinus, & alii.

## §. XV.

## De Sacramentis Extremæ Unctionis, Ordinis, &amp; Matrimonii.

I. De his sequentia dogmata proponit Catholica fides. Primum est, extremam unctionem esse verum Sacramentum novæ legis: sic enim ex Jacobi c. 5. Concilio Tridentino Sess. 14. can. 1. colligitur. Rejiciunt tamen hoc Sacramentum Waldenses, Albigenes, Wiclef, Lutherus, Calvinus, & eorum Assœclæ.

II. Secundum dogma est, etiam Ordinationem esse verum Sacramentum, uti S. Paulus indicavit, dum Timotheum 1. c. 4. adhortans ait: *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi cum impositione manuum.* Negant hoc Sacramentum Lutherus, Illyricus, Kemnitius, & alii.

III. Tertium dogma est, Sacramentum Matrimonii verum esse Sacramentum, uti colligitur tum ex S. scriptura Eph. 5. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico*

N

diso



duo in Christo, & Ecclesia: tum ex SS. PP. testimonio: tum ex ipsa insolubilitate Matrimonii, cuius nulla alia causa reddi potest, nisi quia Sacramentum est. Negatur tamen Sacramentum hoc Simon Magus, Manichæi, Ariani, Eustatiani, Apostolici, Albigenfes, Lutherus, Calvinus, & alii moderni hæretici plerique.

IV. Quartum dogma est, Sacramentum Matrimonii consummatum quoad vinculum esse indissolubile; ut patet ex S. Scriptura Math. 5. *Omni, qui dimiserit uxorem suam, exceptâ fornicationis causâ, facit eam moeroris sui, qui dimissam duxerit, adulterat;* tum ex Conciliois tribus; tum ex ratione, quia alioqui aditus pateficeretur adulteriis, & repudiis, malèque Filiis ex prioris matrimonio natis consuleretur; tum denique ex ipsa natura Matrimonii Sacramentalis, quod Christi & Ecclesie institutionem, non solubilem, sed insolubilem significat. Contra hoc dogma tamen pugnant inprimis Græci, & Catholicæ doctores ob fornicationem alterius Conjugis dissolubile vinculum Matrimonii. Item Lutherus volens Matrimonium etiam propter rixas constantes, diuturnam absentiam conjugis, inductionem ad peccatum, imò quod non est commoda viro vel è contra.

V. Quintum dogma est, Matrimonium interterguineos & Affines secundum computationem Juris civilis, & non civilis legis, aut Levitici libri faciens fundamentum desumitur ex eo, quod cognatio est vinculum eorum, qui ab uno propagantur, atque adeo sit melior supputatio, quàm per distantiam ab uno alioqui secundus gradus sine primo daretur. Hæc dogmati contradicunt, inprimis Wiclefus, docens Matrimonium in solo primo gradu dirimi, deinde Lutherus gradus in Levitico prohibitos observandos esse admodum tandem Beza volens supputationem juris civilis in Levitico prohibitos observari, ita tamen, ut non Matrimonia contracta.

VI. Sextum dogma est, iudicium circa Matrimoniales ad valorem contractus, benedictionem dotalem pertinentes ad Ecclesiasticum Magistratum referre; uti colligitur tum ex Concilio Tridentino Secundo



12. tum ex praxi Ecclesiæ; tum ex ipsa natura Matrimonii, quod, cum sit Sacramentum, & res à divinis legibus pendens, meritò de ejusdem valore & administratione iudicium ad Ecclesiasticum Magistratum pertinere dicitur: Huic dogmati contrarius est error Melanctonis volentis ejusmodi causas ad politicum Magistratum pertinere debere. Kemnitius verò eos tantum casus ad Ecclesiasticum Magistratum pertinere dicit, qui ex verbo Dei pendunt.

## §. XVI.

## De Gratia primi Hominis.

I. Cùm Sacramenta, ut dictum est hæctenus, ad justificationem hominis, gratiamque ei conferendam ordinentur, meritò ad naturam ejusdem gratiæ rectius intelligendam, de gratia primo Homini collata, ejusque amissione & reparatione agitur, de qua quidem sequentia dogmata proponit Catholica fides.

II. Primum dogma est, Hominem primum non fuisse conditum, qualis nunc nascitur, pronum ad malum, infirmum, ignorantem, sed rectum, justum, Sapientem, sine concupiscentia & difficultate, quam modò experimur, gratiæ & justitiæ originali ornatum, nec speciali auxilio, quo ad bene operandum excitaretur, egentem, sic enim tum Scriptura Gen. 1. dicens, hominem ad imaginem (per quam intelligentia & voluntas intelliguntur) & similitudinem (per quam sapientia & justitia innuuntur) Dei conditum: tum communis SS. Patrum sensus probat. Huic tamen dogmati contrarium docent partim Pelagiani asserentes, Adamum fuisse tali modo conditum, quales de facto alii Homines nascuntur: partim Lutherus & Calvinus asserentes Adamum quidem sine omni dono supernaturali creatum fuisse, nunc tamen post ipsius lapsum in eo deteriores nasci, quòd libero arbitrio, quo ipse primus homo in prima creatione præditus fuerat, careat.

III. Secundum dogma est, Adamum, ejusque posteros, non peccassent, nunquam morituros fuisse, & hanc immortalitatem tunc verè donum supernaturale futuram fuisse; sic enim priorem partem passim S. Scriptura indicat, dum ait,  
 N 2  
 per



per unum Hominem peccatum in hunc mundum intravit  
per peccatum mortem. Rom. 5. & præterea ex eo erian  
ligitur, quod primus homo ante peccatum sapiens  
fuerit, atque adeo noxia facile vitare: & per lignum  
ta & arborum fructus facile restaurare vires potuisset  
verò violenter moreretur, DEUS providentia sua hoc  
effecisset. Quod autem hoc donum immortalitatis  
naturale futurum fuisset, colligitur tum ex unanimi  
trum sensu, ut apud Bellarminum to. 3. l. de gratia  
dere est: tum ex S. Scripturæ Gen. c. 1. testimonio,  
citur homini: *Pulvis es, & in pulverem reverteris*.  
verbis clarè indicatur, eum naturâ suâ immortalitatis  
isse futurum. Huic tamen dogmati duplex error  
trarius. Primus Pelagianorum asserentium, hominibus  
asse moriturum, etiamsi non peccasset. Alter  
Calvini docturum, absque peccato hominem præter  
riturum quidem non fuisse, sed illam immortalitatis  
ralem duntaxat futuram fuisse.

IV. Tertium dogma est, Paradisum, in quo  
homo habitavit, verè terrestrem, corporalemque  
spiritualem ac allegoricè duntaxat fuisse; sic enim  
ptura Gen. 2. indicat, dicens, plantavisse Deum  
fluvium egressum de illo, & Adamum ab eo exire  
quæ omnia utique Paradiso corporali potius  
tamen jam olim Philo Judæus, Valentinus Har  
Origenes à Bellarmino c. 10. citati docuerunt.

V. Quartum dogma est, Cherubinum ad  
stodiam collocatum, verum Angelum fuisse; sed  
nomine semper Angeli in Scriptura intelliguntur  
inepta merito ac ridicula censetur Jacobi Chiti,  
siarchæ sententia dicentis, Cherubin illum fuisse  
chrum hominis horribili forma, larvæque contem  
in Paradisi foribus à Deo constitutum, sicut Ag  
tis & hortis palos laceris vestium pannis ob  
solent ad aves arcendas.

VI. Quintum dogma est, lignum scientiæ  
li sic appellatum, quod gustatum ob inobedi  
multa mala adferret, ac per hoc homines experientia



rent discrimen boni & mali, quod antea per solam contemplationem didicerant. Ita Bellarminus c. 17. cum SS. PP. Contra tamen hoc dogma Josephus Judæus, & Ophitæ hæretici docent, eam arborem sic appellatam fuisse, eò quòd vicia habuerit ingenium acuendi, & prudentiam augendi.

## §. XVII.

## De amissione gratiæ &amp; Statu peccati.

I. De hac materia sequentia dogmata tradit Catholica fides. Primum est, peccata quædam ex natura sua, nullâ habitâ ratione ad prædestinationem vel reprobationem, aut ad statum renatorum vel non renatorum, esse mortalia, quædam venialia, & prioribus quidem indignum reddi hominem amicitiæ Dei, & mortis æternæ reum; posterioribus autem tantum paternæ castigationis reum constitui; sic enim colligitur tum ex S. Scriptura Matt. 5. dicente: *Qui irascitur Fratri suo, reus erit iudicio; qui dixerit racha, reus erit concilio: qui dixerit, fatuo, reus erit gehenna ignis:* tum ex traditione Ecclesiæ & SS. Patrum: tum quia peccata venialia ex natura sua non ponunt in homine aversionem à Deo, ob quam solam æternæ mortis reus constituitur; & per se notum est, inter amicos illa peccata, quæ leviora sunt, amicitiæ non dissolvere, sed facillè condonari. Huic dogmatis contraria in primis est hæresis Pelagii & Joviniani docentium omnia peccata mortalia esse. Deinde Wiclefi & Calviniani, qui peccata prædestinatorum venialia, reproborum vero omnia mortalia esse asserunt. Denique Lutheri, Melancthonis, Illyrici docentium ea tantum peccata esse venialia, quæ à Deo non imputantur, qualia sunt quæ cum fide seu fiducia misericordiæ consistunt, & omnino involuntaria sunt.

II. Secundum dogma est, Deum non solum non esse, sed nec esse posse causam peccati; sic enim colligitur ex S. scripturæ variis locis, in quibus dicitur, in Deo non esse peccatum, eum non velle, odisse iniquitatem &c. item ex testimoniis SS. Patrum; & ex ipsa natura Dei, quæ est summa sapientia & ratio, & lex æterna, atque adeò nihil his contrarium admittere potest. Cui tamen dogmati varii Hæretici



retici se opponunt; inter quos primus Simon Magus dicitur Deum esse causam peccati, quia naturam dedit, quae possit non peccare. Deinde Cerdonista, Marcionista, Manichæi, Priscillianista, Albigenes duo principia ac veros duos Deos, bonum & malum, & hunc causam esse peccati dixerunt. Tandem verò primus Florinus Montani discipulus aperte Deum verum peccati Authorem facere ausus est; postea etiam Zwinglius, Calvinus, & Beza secuti sunt. docuerunt, DEUM ab æterno decrevisse, ut peccata fierent & ad ea impellere, hortari, imperare, imò etiam peccata tanquam instrumenta operari peccata.

III. Tertium dogma est, Adamum verè fuisse peccatorem, qui per verum & naturalem serpentem loquutus tentatum, & in culpam inductum; uti tum ex S. Scriptura proprie, ut potest, & debet, accipitur: tum ex SS. Patrum communi sensu colligitur. Cui dogmati contrarium præcipue primis, qui, teste Bellarmino l. 3. c. 1. docuerunt, non peccasse homines nec peccare, nec tentari potuisse: Deinde Tertullianus, qui Sapientiam Dei dicebant fuisse serpentem, eamque in odium creatoris, cui ipsa contraria esset, morum hominum oculos aperuisse, ut bonum ac malum agnoscerent.

IV. Quartum dogma est, peccatum primorum tantum præcipuum Superbiam fuisse; uti tum ex S. Scriptura tum ex SS. Patribus probant Theologi. Contrarium huic dogmati est hæresis Lutheri docentis peccatum originale infidelitatem fuisse, quòd scilicet non crediderunt peccatores, si fructum vitæ degustassent.

V. Quintum dogma est, Primos Parentes verè peccato suo poenitentiam egisse, ac salvatos esse, uti ex S. Scriptura Ecclesiæ & SS. Patrum sensus probat. Cui dogmati ferè contrarius est Tatianus hæreticus apud Bellarmino l. 3. c. 12. dicere ausus, ipsos post mortem damnatos esse additos fuisse.

VI. Sextum dogma est, dari verè aliquod peccatum originale ab Adamo velut capite in posteros detulisse, uti enim clarè S. Paulus ad Rom. 5. indicavit dicens: *per unius delictum unius hominis peccatores constituti sunt mundum* & dolens id ipsum traditione SS. Patrum & Conciliorum con-



alioqui certè non appareret ulla ratio, cur Infantes statim post  
natiuitatem baptizarentur. Contra hoc dogma pugnat in-  
primis Pelagius asserens peccatum Adami soli ipsi, non po-  
steris nocuisse, mortemque hominum naturaliter contingere,  
non autem ex peccato Adami originem trahere; quod tamen  
posterius, tandem ipsius Asseclæ argumentis convicti  
concedere debuerunt.

VII. Septimum dogma est, peccatum originale, prout  
actionem cum lege pugnantem significat, nihil aliud esse,  
quàm primam inobedientiam ab ipso Adamo, non, ut erat  
singularis persona, sed prout Personam totius generis huma-  
ni referebat, commissam; sic enim facilius cum SS. PP. ex-  
plicatur, quomodo juxta Scripturæ testimonium peccatum  
illud in posteros fuerit derivatum. Huic dogmati contraria  
in primis est hæresis Illyrici docentis, peccatum originale esse  
veram substantiam, & substantialem imaginem Diaboli. De-  
inde hæresis quorundam Lutheranorum originale à peccato  
actuali non distinguendum, aut certè vulnera (qualia sunt  
ignorantia, difficultas, concupiscentia, morbi &c.) pro pec-  
cato originali agnoscentium, uti Lutherus & Asseclæ faciunt.

VIII. Octavum dogma est, Parvulos sine baptismo de-  
cedentes ob idem peccatum originale verè morti æternæ ob-  
noxios esse, uti probatur tum ex S. Scriptura absolute ad Rom.  
5. dicente, per unius delictum in omnes homines condemna-  
tionem fuisse propagatam: tum ex Conciliis & SS. Patribus  
apud Bellarminum l. 6. c. 2. cit. tum quia Parvuli illi abso-  
lute sunt in potestate Diaboli, atque adeò nec supernaturali,  
nec naturali beatitudine digni. Huic dogmati contraria  
in primis est hæresis Zwinglii docens, per Christum univer-  
sam naturam humanam ita esse restitutam, ut etiam Filii in-  
fidelium sine baptismo decedentes salventur. Deinde hæ-  
resis Pelagianorum, qui saltem naturali beatitudine Parvu-  
los tales fruturos, & sine ulla molestia, procul à carcere da-  
mnatorum, vitam æternam victuros asserunt.

IX. Nonum dogma est, omnes humanæ vitæ calamitates  
(quæ à Bellarmino c. 15. ad decem genera revocantur,  
videlicet ad ignorantiam in mente; malitiam in voluntate;  
concupiscentiam in parte inferiore; calamitatem, laborem,  
& dolorem in corpore: mortem omnibus obcundam: iram



DEI: captivitatē sub Diabolo: crudelitatem hominum  
 alios homines: inimicitiam & rebellionem bestiarum:  
 omnia denique mala à cælo, terra, mari provenientia  
 pœnam & effectum peccati originalis; uti tum ex communi  
 SS. Patrum & Theologorum, imò & Ethnicorum  
 sensu probat Bellarminus l. c. c. 14. Contraria est  
 Pelagianorum docentium concupiscentiam neutiquam  
 lam, sed bonum quoddam naturale esse; Item sectariorum  
 nostri temporis, qui etiam amissionem liberi arbitrii  
 firatē ad peccandum, dubitationem aut desperationem  
 salute inter effectus peccati originalis numerant.

## §. XVIII.

## De Gratia.

I. Pro meliori intelligentia eorum, quæ dicentur  
 to hoc paragrafo, notandum est 1. Gratia (quæ  
 Augustinum ex eo, quòd gratis detur, nomen accepit)  
 esse notiones seu significationes; nam 1. in ampliori  
 gnificatione sumitur pro quocunque beneficio, sive  
 sive supernaturali; quo sensu eam S. Augustinus in  
 cepit, dum dixit: *Quandam non improbanda rationem  
 gratiâ DEI, quâ creati sumus, & de hoc tanto benefi-  
 cius agere debemus. Vnde merito & ista gratia dici debet  
 non precedentium aliquorum operum meritis, sed gratia  
 bonitate donata est.* 2. Accipitur in strictiori signifi-  
 pro solis beneficiis supernaturalibus, sive ex merito  
 sive ex sola liberalitate DEI collatis, qualis est ea,  
 primo Adamo, tum secundo, id est, Christo collata.  
 Tandem strictissimè & propriè accipitur pro beneficiis  
 naturalibus ex merito Christi collatis, de qua S. Paulus  
 Rom. 3. locutus est, dum dixit: *Iustificati gratia per  
 ipsius per redemptionem, quæ est in Christo IESU.*

II. Notandum 2. Gratiam posterioribus modis  
 ptam præter alias divisiones, de quibus ex instituto  
 in materia de gratia agunt, dividi præcipuè in habitum  
 actualem. Illa est habitus quidem permanens & actus  
 sus, per quem homo DEO gratus efficitur; ista est  
 dam & auxilium DEI, quo homo ad Operationes



ram ipsius aliquo modo superant, eliciendas adjuvatur, & subdividitur in *excitans* (quod nihil aliud est, quam illustrationes divinae ad bene operandum excitantes) & *adiuvans*, cujus nomine cooperatio ac protectio divina intelligitur. Et praeterea etiam in *efficacem*, quae infallibiliter est habitura effectum; & *sufficientem*, quae possit homo bene agere, licet re ipsa id non facturus sit. His notatis de Gratia sic accepta & divisa sequentia dogmata tradit Catholica fides.

III. Primum dogma est, verè dari habitum aliquem supernaturalem à DEO infusum, quo anima exornetur, & perficiatur, atque adeò justa, Deoque grata & accepta reddatur. Sic enim & Concilium Tridentinum Sess. 6. c. 6. & communiter Theologi docent. Ipsaque S. Scriptura ad Rom. c. 5. satis indicat, dum ait, *Carnatem DEI diffusam esse in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Sed & ipsa ratio dicitur, ad hoc, ut homo opera supernaturalia operari possit, formam in eo supernaturalem esse debere; uti clarè docet S. Dionysius Areopagita l. de Eccl. Hier. c. 2. p. 1. dum ait, non posse hominem divina operari, nisi divinum quendam statum ante recipiat; quemadmodum nec humana opera facere valemus, nisi homines simus. Contrarium tamen docent Calvinus & Kemnitius, & alii negantes hominem per ejusmodi gratiam inhaerentem justificari.

IV. Secundum dogma est, necessariò admittendam esse divisionem gratiae actualis in efficacem, & sufficientem duntaxat; sic enim manifestè colligitur ex S. Scriptura passim asserente, sufficiens aliquos habuisse auxilium, qui tamen re ipsa non sunt conversi; & praedestinos aliquos esse ab aeterno à DEO, quae omnia salvari non possent sine memorata divisione. Negant tamen illius necessitatem partim Calvinus contendens omnem motionem DEI efficacem esse; partim Pelagiani, volentes nullam aliam dari gratiam praeter liberum arbitrium, utpote quod se solo sit sufficiens ad salutem obtinendam.

V. Tertium dogma est, quamvis gratia sufficiens omnibus detur, praedestinationis tamen divinae (quae nihil aliud quam providentia DEI, quae certi homines ex massa peccationis misericorditer selecti per infallibilia media in vitam aeternam diriguatur) nullam rationem ex parte nostri dari;



dari; sic enim passim S. Scriptura insinuat, dum quosdam gratia electos esse ad regnum cœlorum. Sed & ipsa traditio ecclesiastica confirmat, cum, teste Bellarmino l. 2. c. 11. omnes omnino Patres post Pelagii hæresin exortam idiplum docuerint; & verò etiam ipsa ratio accedat, quæ hoc ipso, quod S. Scriptura, fidem esse donum DEI dicat, & sine fide neminem salvari posse affirmet, rectè concludit, nullam prædestinationis huius ex parte hominis causam dari. Contraria tamen huic dogmati est hæresis Pelagianorum volentium gratiam, atque adeò etiam prædestinationem secundum merita nostra dari.

## §. XIX.

## De libero arbitrio.

I. Per liberum arbitrium hoc loco cum S. Thoma apud Bellarminum l. 3. de grat. c. 3. intelligitur libera potestas hominis, quæ ad finem conducunt, unum præ alio eligendi, aut unum aut idem acceptandi, vel pro arbitrio respuendi, inchoanti naturæ ad magnam DEI gloriam attributa. de quo libero arbitrio sequentia dogmata proponit Catholica fides.

II. Primum dogma est, ad liberum arbitrium non tantum libertatem à coactione, sed etiam à necessitate requiritur, sic enim in primis clarè indicavit Siracides c. 15. dicens *DEVS reliquit hominem in manu consilii sui. Apposuit tibi spiritum & aquam, ad quod volueris, porriges manum.* Deinde ipsi SS. Patres & Theologi, & merito: ut aliàs sequeretur in somniantibus quoque, furiosis, pueris, & pecoribus posse esse liberum arbitrium, cum & hæc scriptura ferantur ad pabulum. Contraria hæresis est Bucerii & Calvinii volentium, solam libertatem à coactione sufficere ad liberum arbitrium.

III. Secundum dogma est, descriptum liberum arbitrium verè etiam in DEO reperiri, uti passim S. Scriptura testatur, & maximè Ps. 113. *Omnia, quacunque voluit, fecit.* Hæc tamen dogmati contradicunt Lutherus & Calvinus cum seculis volentes DEVM necessariò agere, quidquid agerent.

IV. Tertium dogma est, posse hominem solà libertatis virtute opera naturalia & civilia perficere. Sic enim



sine suis animaturus dixit Jos. 24. *Optio vobis datur, eligite hodie, quod vobis placet.* Negant tamen id iterum Lutherus & eius affectæ.

V. Quartum dogma est, posse hominem suis viribus cognoscere verum aliquod morale, id est, actionem aliquam voluntatis rationi conformem esse; cum, teste Psalmista Ps. 4. legatum sit super ipsum lumen vultus Domini; quo mediante talia objecta intelligere queat. Contrarium tamen docet Calvinus l. 2. Inst. c. 2. §. 24. & seq. Quamvis hæc ipsius doctrina non sit hæresis, utpote quam etiam Catholici quidam Doctores, nempe Gregorius Ariminensis, Joannes Capreolus & Caspar Cassalius apud Bellarminum l. 5. c. l. docent.

VI. Quintum dogma est, non posse solis naturæ viribus adimpleri omnia præcepta moralia secundum substantiam operis; cum passim S. Scriptura dicat, legis observationem tribuendam esse gratiæ DEI, maximè Ezech. 36. ubi dicitur: *Spiritus meum ponam in medio vestri, & faciam, ut in præceptis meis ambulatis.* Et præterea integra observatio legis sit certissimum signum perfectæ caritatis DEI; hæc autem non viribus naturæ acquiri possit, sed à DEO infundatur. Quæ eadem doctrina etiam ad tentationes superandas extendi debet. Contra quod tamen dogma pugnant Pelagiani, omnem ad hæc efficienda potestatem viribus naturæ tribuentes.

VII. Sextum dogma est, posse hominem sine fide, cum auxilio speciali, aut etiam sine illo bonum aliquod morale perficere, si nulla tentatio urgeat; cum de facto, teste S. Scriptura Exod. 1. Obstetrices timuerint DEVM, & hic propter bonos illarum ædificaverit. Et, teste Apostolo ad Rom. 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis præcepta faciunt. Negant tamen hoc Lutherani, & præsertim Xanthianus asserentes omnia Infidelium opera peccata esse.

VIII. Septimum dogma est, hominem in statu naturæ lævæ verè habere liberum arbitrium ad bonum morale eligendum, & ad malum vitandum; seu, quod idem est, posse præcepta moralia servare, vel non facere; quia alioqui nullum omnino peccatum daretur, nec ullus homo pœna aut præmio dignus foret. Contraria hæresis est multorum antiquorum, & recentiorum omnium Hæreticorum, teste Bellarmino l. 5. c. 13.

IX. Oâa.



IX. Octavum dogma est, non posse hominem sine speciali illustratione DEI credere fidei mysteria: sic enim Christus Joan. 6. manifestè indicavit dicens: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Alioqui Ecclesia non bene oraret pro Infidelibus, nec gratia esset gratia, sed merces, utpote ex meritis comparata. Contrariam hæretici docent Pelagiani volentes, sine speciali gratia posse credere hominem.

X. Nonum dogma est, non posse voluntatem humanam aliquid velle in iis, quæ ad pietatem & salutem pertinent, nisi se nullo modo ad gratiam recipiendam præparare, sine auxilio gratiæ Dei; sic enim expressè Christus ipse indicavit Joan. 15. dicens: *Sine me nihil potestis facere.* Et id ipsum assererat priùs Salomon Prov. 8. dum voluntatem à Domino præparari dixit, uti septuaginta Interpretes verba illa: *honori & salutem à Domino;* interpretantur. Negant tamen & hæretici doctrinam iidem Pelagiani, cum Massiliensibus, qui illud favent, ac propterea Semipelagiani appellantur.

XI. Decimum dogma est, hominem post lapsum Adam non verè adhuc liberum arbitrium possidere in iis rebus, quæ ad salutem pertinent, ut, quamvis nihil possit sine auxilio gratiæ, tamen per gratiam prævenientem excitatus, & à Deo ad ius ita valeat operari, ut possit etiam non operari. Fundamentum hujus dogmatis desumitur imprimis ex ipsa Scriptura dicente 1. ad Cor. 3. *Unumquemque mercedem suam accipiet secundum laborem suum;* DEI enim Coadjutorem nos esse. Item ad Rom. 8. *diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum.* Deinde etiam ex unanimi consensu Patrum, & ipsorum etiam Conciliorum, ut videre est apud Bellarminum l. 6. c. 11. Et tandem ex absurdis, quæ sequuntur ex contraria sententia, scilicet, eos, qui nolunt credere in Christum, aut converti, non peccare, cum hoc non sit in Dei potestate. Item nullum habere locum amplius apud Deum minime consilia, adhortationes, reprehensiones, exempla, & præmia dignos esse, sicque omnem diligentiam & cooperationem in fide & pietate exercendam, & excolendam sublatam iri. Contra hoc tamen dogma pertinacissimè pugnant imprimis Pelagius per crassissimū, ut Bellarminus c. 9. vocat, errorum hæreticorum.



heresi docens, nullam libero arbitrio activitatem esse con-  
cedendam, eò quòd illud tantum passivè se habeat, uti ex illo  
Jeremias c. 18. colligitur: *sicut lutum in manu figuli, ita domus  
Israël in manu mea.* Quid autem, obsecro, inquit Lu-  
therus, activitatis habet lutum, quando figulus formam ei  
affingit? nonne mera passio ibi cernitur? Deinde verò Cal-  
vinus & Kemnitius, etsi cum Catholicis rectè doceant, vo-  
luntatem nostram nihil omnino boni spiritualis & salutaris  
efficere posse, sine auxilio gratiæ DEI, errant tamen in eo,  
quòd asserant in ejusmodi operibus voluntatem sic agi à  
DEO, ut non possit non agere, atque adeò habeat se per mo-  
tum instrumenti potius, quàm per modum causæ liberæ ha-  
bentis dominium suorum actuum.

XII. Ex quibus omnibus hæcenus allatis dogmatibus  
Bellarminus c. ult. utile compendium fecit, in quo totam di-  
sputationem de cooperatione gratiæ & liberi arbitrii sequen-  
tibus doctrinis comprehendit. 1. Homo ante omnem gra-  
tiam liberum habet arbitrium non solum ad opera naturalia  
& moralia, sed etiam supernaturalia. 2. Habet homo ante  
omnem gratiam, potentiam remotam & imperfectam ad o-  
pera pietatis faciendâ. 3. Non habet homo ante omnem  
gratiam, potentiam proximam & perfectam ad opera super-  
naturalia. 4. Gratia excitans interna necessariò præcedere  
debet hominis conversionem. 5. Gratia excitans datur ho-  
mini sine ullis meritis præcedentibus, ac sine ulla præpara-  
tione. 6. Gratia excitans non datur homini sine actione il-  
lius, quamvis sine cooperatione liberi arbitrii detur. 7. Ad  
suscipiendum gratiæ excitanti requiritur necessariò gratia  
adjuvans. 8. Neque gratia excitans, neque adjuvans, ul-  
lam imponit homini necessitatem, quò minus possit liberè  
consentire, aut dissentire DEO vocanti. 9. Fieri potest, ut  
eodem motione internâ duobus adhibitâ, unus convertatur,  
alter non convertatur, & unus magis, alter minus proficiat.  
10. Conversio hominis ad DEVM, quatenus est opus prove-  
nit à solo libero arbitrio per auxilium generale adjuto: qua-  
tenus verò pium est, à sola gratia: quatenus pium opus est, à  
gratiâ & libero arbitrio simul procedit. 11. Ad opera, quæ  
sequuntur conversionem non requiritur nova gratia, sed sus-  
cipit continuatio prioris gratiæ. 12. Habitus gratiæ justifi-  
ficantis



ficantis à solo DEO infunditur, non tamen sine prævia dispositione hominis. 13. Homo justus semper potest opera bona facere, & præcepta divina servare, nec indiget ordinata novâ gratiâ excitante, sed adjuvante duntaxat.

## §. XX.

## De Justificatione Impii.

I. Per Justificationem hoc loco nihil aliud intelligitur quàm mutatio illa, per quam Peccator transfertur à statu peccati ad statum gratiæ & justitiæ, quæ est rectitudo interna ordinans hominem erga DEVM & proximum, & interdum simpliciter justitia: interdum justitia Fidei, quia à hoc incipit: quandoque justitia DEI appellatur, quoniam à Deo incipit, de quibus acceptionibus loquitur Apostolus ad Philipp. 3. dum ait: *Et inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est iustitia in fide.* De qua quidem Justificatione sequens dogmata tradit Catholica fides.

II. Primum est, fidem justificantem non esse fiduciam de misericordia divina, quâ quis sperat; ubi per Christum omnia peccata remissa esse, sed solum assensum firmum ac certum, quo quis omnia credit, quæ DEVS credenda proponit, nam teste Apostolo c. 11. ad Hebr. *Fides est sperandarum substantia* (id est, substantia, quatenus ea, quæ sperantur, intellectu representantur, & sic in eo quodammodo substantiarum, argumentum (id est, convictio & demonstratio, ut græco textu colligitur) non apparentium. Ex quo etiam inducitur, fidem hanc justificantem non esse distinctam à historica, quâ creduntur vera esse, quæ in Sacris Literis continentur: aut fide miraculorum, quâ miracula fiunt, & à promissionum, quâ creduntur promissiones DEI de remissione peccatorum factæ; cum hæc omnia objecta in fidei definitione allata per verba non apparentium intelligantur. Hæc dogmati contraria imprimis est hæresis Lutheranorum, fidem justificantem in sola fiducia promissionis, quæ consistit in seipso, rat sibi peccata sua per Christum esse dimissa, consistere, inde hæresis Calvinii, qui fidem justificantem in nominis certa ac clara cognitione constituit.



III. Secundum dogma est, fidem justificantem esse quidem initium & preparationem ad justificationem, sed non solam justificare; cum Concilia, SS. Patres, & S. Scriptura vim justificandi (dispositivè) non solum fidei, sed etiam spei, timori, aliisque similibus virtutibus tribuant; & præterea fides talis cum odio DEI, aliisque vitiis justificationi oppositis consistere possit. Huic dogmati iterum contradicunt tum Lutherani, asserentes fidem solam sine & ante caritatem aliaque opera justificare (quemadmodum Illyrici sive Saxones & rigidi Lutherani docent) vel ea tantum ut signa requirant (uti Melancthon contendit) tum Calvinus, qui docet fidem solam justificare, sed eam non esse solam, quo modo calor solus solus accendit, quam vis non sit solus, sed cum splendore conjunctus.

IV. Tertium dogma est, Justificationem formaliter fieri per justitiam seu caritatem animo inhærentem; sic enim colligitur tum ex S. Scriptura passim dicente, caritatem diffusam esse in cordibus nostris, per gratiam renovari hominem &c. quæ omnia donum aliquod inhærens arguunt; tum ex Conciliis & SS. Patribus unanimiter docentibus hominem per gratiam animæ inhærentem justificari. Contra hoc dogma pugnant, imprimis Lutherus asserens solam fidem esse causam formalem justificationis. Deinde Oslander, qui docet hominem justificari per justitiam, quæ Christus non ut homo, sed ut DEVS essentialiter justus est. Item Calvinus, qui ait, justificationem in non imputatione peccati consistere. Tandem Bucerus & alii duplicem justitiam agnoscunt, unam imperfectam, quæ in virtutibus nobis inhærentibus sit; alteram perfectam, scilicet justitiam Christi imputatam, quæ tanquam veste pretiosa recti honestius coram DEO comparamus.

V. Quartum dogma est, non posse homines in hac vita habere certitudinem fidei de sua justificatione, nisi alicui DEVS ex speciali gratia revelare id dignetur; uti tum ex S. Scriptura Eccl. 6. 9. dicente: *Nescit homo, utrum odio vel amore dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta.* tum ex unanimi Conciliorum & SS. Patrum doctrina: tum ex ratione ipsa colligitur; cum ordinariè nemo habeat principium, ex quo per legitimam conclusionem inferri possit hæc certitudinem.



certitudo, sed potius expediat non haberi illam, ne ex tanta securitate superbia, & tepor in servitio divino suborietur. Contraria huic dogmati est Lutheranorum hæresis docentium, non tantum posse, sed etiam debere fideles hanc certitudinem habere; alioqui nec justos, nec salvos futuros, cum per hanc fidem solam justificentur.

VI. Quintum dogma est, neque de prædestinatione quemquam in hac vita sine expressa DEI revelatione secutum esse posse; cum passim Scriptura hortetur, ut non altum sapere, sed timeamus: ut, qui stat, videat, ne cadat: ut cum timore & tremore salutem nostram operemur &c. Contra istum docent Calvinus, Bucerus, Kemnitius & alii apud Bellarminum l. 3. c. 12. asserentes fidem non esse, nisi qui solam persuasionem divinæ benevolentiae indubitam salutis expectationem præsumit.

VII. Sextum dogma est, fidem ac justitiam nec per electorum esse, nec, ubi semel obtenta est, inamissibilem esse; cum constet tum ex S. Scriptura, tum probatis historiis aliquos, qui damnati sunt, prius fidem justificantem habuisse, ideoque perseverantiam passim commendent Christus, Apostoli, & SS. Patres. Utrumque tamen hoc dogma negat Calvinus, qui l. 3. Inst. c. 2. §. 11. docet, fidem & justitiam propriam esse Electorum, & semel acceptam non posse ratione amitti. Lutherani verò licet amitti posse hanc fidem concedant, ante mortem tamen certò iterum recuperatam iri doceant.

VIII. Septimum dogma est, non omnes homines in fide justificante pares, sed crescere in ea quotidie posse. Prov. 4. & alibi passim dicatur, justorum semitam quæ diem splendens procedere, & crescere usque ad perfectiorem diem. Negant hoc dogma in primis Lutherani, qui hoc quòd doceant nos per Justitiam Christi fide apprehensam justificari, omnes æqualiter justos esse concedunt. Item Calvinianus, qui omnes virtutes & vitia paria esse docet juxta antiquam Stoicorum sententiam.

¶ ( ? o ? ) ¶



## §. XXI.

## De iustitia actuali sive bonorum operum necessitate &amp; valore.

I. Ut totus processus Justificationis clarius intelligatur, non parum conducet similitudo, quam Becanus l. 1. c. 16. manual. in hæc verba proponit. Sit pauper aliquis scabie, ulcere, & putredine plenus, qui Medicum adeat, ut sanari possit. Quid Medicus? tria faciet. 1. Præscribet illi quasdam præparaciones ad faciliorem morbi curationem, ut sectionem venæ, vel purgationem corporis, vel balneationem, vel aliquid simile, prout morbus exigit. 2. Dabit illi salutarem & vivificam medicinam, quâ & vires redintegrentur, & prima sanitas recuperetur. 3. Adjungit præservativum, ne iterum in morbum incidat. Ita fit in justificatione seu sanatione animi. DEVS tria facit. 1. Præscribit illi quasdam dispositiones ad sanandum animum, ut fidem, spem, timorem, contritionem, dilectionem, & propositum emendandæ vitæ. 2. Infundit illi gratiam seu iustitiam inhaerentem, quâ & verè peccata tolluntur, & animus intrinsecè renovatur. 3. Adjungit præservativum, ut deinceps insistat piis operibus & observationi Mandatorum DEI, ne, si aliter faciat, amittat gratiam & sanitatem, quam adeptus est. Adversarii autem sic explicat justificationem, ut DEVM perinde erga peccatorem gerere se dicant, ac si Medicus pauperem illum scabiosum hortaretur, ut elegans pallium divitis arripens, seque se reges securè in conspectum Principis veniat, quippe qui scabietatem eleganti pallio obductam advertere non possit: sic enim & ipsi per iustitiam Christi fide apprehensam omnia peccata regi, nec alia opera amplius illi necessaria esse assunt. De quorum tamen operum necessitate & efficacia Catholica fides sequentia dogmata proponit.

II. Primum est, veram Christianam libertatem in tribus gratiam esse, videlicet in libertate à peccato & morte: in libertate à iugo legis Cæremonialis & judicialis Hebræorum: in libertate à Dominio & reatu legis naturalis ac moralis, ita ut lex non dominetur tanquam servis imminens flagello, & timorem semper incutiens, sed ut imperet liberis, & liberali-



ter obtemperare volentibus, non adimendo legi vim obligandi, sed infundendo hominibus caritatem, quâ libenter legem implent; unde non sunt liberi homines ab obligatione legis, sed omnino necessaria sunt opera bona ad salutem, cum passim vita æterna sub conditione patientiæ, tributiæ de peccatis, timoris, mortificationis &c. promittatur. Contrariam huic dogmati hæresin docent plerique moderati Lutherani, ut qui vel omnino bona opera negent necessaria esse, vel certè necessaria duntaxat necessitate præsentis, et scandalum & periculum vitetur.

III. Secundum dogma est, homines iustificatos, DEI gratia adjuvante, ita posse, legem divinâ adimplere, ut opera ipsorum non modò non sint appellanda peccata, sed etiam verè ac propriè iusta dici mereantur, alioqui enim imprudenter Christus ad jugum suum tollendum invitasset, & S. Joannes 1. c. 5. dixisset, mandata ejus gravia non esse. Negant tamen partem docent Hæretici plerique moderati, valentes omnia opera justorum esse peccata mortalia ex natura sua, justamque adedò opprobrii mercedem mereri.

IV. Tertium dogma est, opera justorum non tantò iustificare hominem, sed verè etiam meritoria esse vitæ æternæ; sic enim divinæ literæ passim testantur dicentes hoc *Abraham Pater noster nonne ex operibus iustificatus est?* *Matth. 5. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* Item *Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem eorum.* Item *Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem eorum.* Negant tamen hoc dogma Lutherus & Calvinus, ut qui concedunt quidem temporalium quidem bonorum meritorium esse, non tamen vitæ æternæ; imò Calvinus omnino nomen meriti usurpandum esse.

V. Quartum dogma est, etsi in bonis meritis, quæ talia esse noscuntur, rectè fiducia aliqua collocetur, tutius tamen est in sola divina misericordia sperare; prior pars ex testimonio pluribus S. Scripturæ patet, quibus habetur Nativitatem, Davidem, Ezechiam, Heustorem, S. Paulum per misericordiam suam rogasse DEVM, ut vel peccata remitteret, vel aliam gratiam petiisset. Posterior pars ex eo probatur, quòd, cum nemo absque revelatione certò scire queat, an habeat vitam æternam, securius in divina misericordia speretur. Contra



dogma pugnant iterum moderni hæretici, nullam in meritis propriis fiduciam collocari posse asserentes.

VI. Quintum dogma est, non tantum licitum, sed etiam laudabile esse, operari bona opera intuitu mercedis æternæ; alioqui enim ipse Christus ad bona opera excitans frustra varia præmia proposuisset. Negant tamen Calvinus & Bugarius publicè in Catalonia damnatus licitum esse opera tantum intuitu mercedis facere.

## §. XXII.

## De Operibus bonis in specie.

I. Tria plerumque opera bona in specie assignantur ab Autoribus, scilicet Oratio, Jejunium, Eleemosyna, de quibus sequentia dogmata proponit Catholica fides.

II. Primam est, Orationem, quæ juxta D. Thomam 2. 2. q. 83. a. 1. est actus rationis practicæ, voluntatis desiderium explicantis, & ab alio aliquid postulantis, non tantum necessarium, sed etiam utilem esse ad varia auxilia & dona a DEO impetranda, meritumque augendum, & satisfactionem pro peccatis præstandam; cum talis oratio sit verè etiam opus bonum, & ut rectè fiat, non parùm laboriosum. Contra hoc dogma pugnant imprimis Hæretici quidam à Bellarmino 1. 1. c. 3. cc. qui nimis multum orationi tribuebant, & per eam etiam providentiam divinam immutari posse dicebant: cum cum Messalianis docebant, per solam orationem homines justificari. Deinde Pelagiani, qui nimis parùm tribuebant orationi, utpote dicentes sine ea posse homines solis suis viribus bene vivere, & mandata servare, gratiamque & gloriam DEI promereri. In qualem errorem etiam incidit Wiclefus, docens, DEVM non requirere à nobis cogitationem aut vocem, sed solis bonis operibus contentum esse. Denique Melancton, Calvinus & Brentius asserentes orationem nec meritoriam, nec satisfactoriam esse.

III. Secundum dogma est, non tantum generatim, sed etiam in specie pro certis hominibus orari posse; cum passim in Scriptura constet Patriarchas Prophetas, Apostolos, ipsùmque Christum pro certis Personis in particulati orasse. Cui tamen dogmati contraria est hæresis Wiclefi docentis, non licite



licere pro aliquo particulari orare; nec orationem talem magis prodesse, quam si pro omnibus fiat.

IV. Tertium dogma est, etiam Horas Canonicas recte & laudabiliter ab Ecclesia fuisse institutas; uti tum ex antiqua traditione & consuetudine; tum exemplis diversa orationum spatia observantium; tum ex fine earum, scilicet ad commemorandam creationis & redemptionis memoriam, gratiasque pro utroque agendas, colligitur. Huic tamen dogmati opposuerunt Paulus Samosatenus, qui Hymnos ab hominibus compositos damnabat. Et Vigilantius, qui nocturnas vigilias reprehendebat. Et Wicleffus, Lutherus, Illyricus, qui unanimiter damnant ritum Horarum Canonicarum, ideoque à suis Ecclesiis amoverunt.

V. Quartum dogma est, Cantum etiam in divinis officiis pie & sapienter usurpari; sic enim exempla Angelorum Davidis, Christi, & Apostolorum, & antiqua traditio probant; sed & multiplex utilitas confirmat, dum scilicet per Cantum corda audientium accenduntur, laudes DEO libentius & facilius persolvuntur, publica fidei confessio praestatur, Deoque cultus perfectior, gratiorque exhibetur. Inprobant tamen hunc Cantum Hilarius quidam, & postea Henricus & Petrus Bruis (unde Henriciani & Petro Bruisiani haeretici Originem sumplerunt) cum Wicleffo & Trinitarianis.

VI. Quintum dogma est, non esse quidem per se immundum animalium, aut lacticia, puta ovum, caseum, butyrum, immunda, ab eisdem tamen vel ob praecipuum, vel aliquod necessarium finem laudabiliter abstineri; sic enim jam olim prohibita ob praecipuum Patris vino, & Daniel c. 10. ad laetitiam suam testandum, & S. Joannes Baptista per totam vitam omnibus deliciis abstinerebat; & verò ipsa etiam carnalis continentio ac subjectio, quae per similem abstinentiam retinetur, suadet. Contraria tamen huic dogmati est haeresis Ebionitarum, Encratitarum, Eustathianorum, Priscillianistarum, Apostolicorum, qui omnes carnes, aut praecipuum etiam vinum immunda, ideoque illicita dicebant. Praecipuum verò etiam modernorum haeticorum, qui ad rationem jejunii non tam abstinentiam à certo ciborum genere, quam à lauto & nimio cibo pertinere contendunt.



VII. Sextum dogma est, non tantum lege divina jejunium in genere Joël. 2. & alibi crebrius in S. Scriptura præceptum esse, sed pro eodem etiam rectè & modum, & tempus certum fuisse determinatum; sic enim jam olim in veteri Testamento quatuor jejunia mensium quarti, quinti, septimi, & decimi Zach. c. 8. introducta; & ab Apostolico Concilio Ad. 15. Gentibus abstinencia à Suffocato & sanguine fuerat præcepta. Contra hoc dogma pugnat imprimis Calvinus docens, nullum divinum præceptum de jejunio extare, quod idem etiam Kemnitiis sentit, utpote qui testimonia & exempla jejuni in S. Scriptura quidem reperiri fatetur, sed eorum limitationem liberam esse contendit. Item Eustathiani, & Aseriani cum Lutero & omnibus Sectariis modernis asserentibus, non potuisse Ecclesiam leges de jejunio ferre, atque alicui Fideles ad eas velut injustas non obligari, nisi fortè ratione scandali & contemptus.

VIII. Septimum dogma est, ab ejusmodi jejuniis præceptis rectè illos solos censeri exemptos, quos vel impotentia (ut Senes & Pueros, ægros & debiles) vel pietas (ut Concionatores, Confessarios, Lectores, si cum his officiis jejunare sine gravi incommodo non queant) vel necessitas (ut Artifices & servos laboriosis operibus addictos) excuset. Sic enim Concilium Vienense, & S. Leo Ser. 11. de quadr. declarant, dum sic Pontifex hic loquitur: *Adest maximum, sacramentumque ieiunium, quod observantiam sui omnibus Fidelibus sine exceptione denunciat* (puta, qui capaces sunt) *quia nemo tam sanctus est, ut non sanctior: nemo tam devotus, ut non devotior esse devotior.* Repugnat tamen huic dogmati hæresis Begardorum, qui, teste Bellarmino c. 10. volebant viros perfectos ad legem jejunii non obligari, eò quòd peccare non possent, atque ideo jejunio, quod ad peccatum delendum, vel cavendum institutum est, non indigeant.

IX. Octavum dogma est, per ejusmodi jejunia verè placari DEVM, variâque auxilia & præmia obtineri, & pro peccatis satisfieri; sic enim Ecclesia in præfatione Quadragesimæ canit: *Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem elevas, virtutem largiris, & præmia:* & vel ex ipsa ejus natura patet, cum sit verè actus temperantiæ, si legitimo fine suscipiatur. Huic tamen dogmati repugnat hæresis Lutherano-



rum & Calvinistarum, qui cum Joviniano docent, ad salutem nihil prodesse ejusmodi jejunia, sed solummodo ad carnis potulantiam coercendam, atque in signum humilitatis ac penitentiae, orationisque auxilium eadem suscipi posse.

X. Nonum dogma est, jejunium quadragesimale vel ab Apostolis institutum, atque Ecclesiae universae ob varias honestissimosque fines praecipuum fuisse; sic enim tum S. Hieronymi & Leonis testimonio; tum ex regula S. Augustini patet docentis, illa omnia sine dubio ex Apostolica traditione descendere, quae in Ecclesia observantur, & in nullo Ecclesiae Concilio instituta inveniuntur. Contraria huic dogmati est haeresis modernorum Haereticorum docentium, quae jejunium post tempora Apostolorum ex quadam superstitiose, & perversa Christi imitatione irrepsisse.

XI. Decimum dogma est, sapienter & recte ab Ecclesia tempus, quo jejunari non debet, constitutum esse, videlicet dies Dominicae, Natalis Domini, & tempus illud, quod inter Pascha & Pentecosten intercedit; sic enim communis laetitia & celebritas hujus temporis; tum odium Haereticorum, praecipue Montanistarum, Manichaeorum, Priscillianistarum, Arianorum, Eustathianorum, qui diem Dominicam pro jejunando eligebant, exigebat.

XII. Undecimum dogma est, eleemosynas quibus si ritè distribuuntur, valde utiles esse tum ad satisfactionem pro peccatis, tum ad varia dona, praemiaque caelestia impetrandam; eas tamen non sufficere ad salutem, nisi cum fide, dilectione, poenitentia, aliisque ad salutem ordinatis actibus conjungantur. Prior pars patet ex eo, quod postea S. Scriptura & SS. Patribus eleemosyna valde commendatur; posterior verò pars ex testimonio S. Pauli 1. ad Cor. 13. colligitur, ubi dicit: *Si distribuero in cibos pauperum omnia facultates meas, caritatem autem non habuero, nihil mihi proderit.* Contrariam huic dogmati haeresin docuerunt imprimis haereses quidam haeretici qui, teste S. Augustino l. 21. de civitate dei, putabant, illos solos olim damnandos, qui eleemosynas contempserunt, juxta illud Jacobi, *judicium sine misericordia qui non facit misericordiam.* Deinde omnes moderni Haeretici, eleemosynam neque ad meritum, neque ad satisfactionem utilem esse dicentes.



XIII. Duodecimum dogma est, divitiarum usum indifferenter esse, atque adeo licite easdem retineri; sic enim communis Ecclesiae, & SS. Patrum sensus probat, dum concilium duntaxat, & non praeceptum esse asserunt, ut divitiae relinquuntur. Contrarium tamen docuerunt olim Julianus, Apostolici, Manichæi, & Pelagiani, qui rerum proprietatem Christianis penitus interdictam esse contendebant, eò quod Christus Luc. 14. dixerit: *Nisi quis renunciarit omnibus, quae possidet, non potest meus esse Discipulus.*

## CAPUT III.

DE PRÆSTANTIA THEOLOGICÆ  
POLEMICÆ.

Præstantia hæc ex quatuor præcipue generalibus argumentis facile colligetur, si videlicet necessitas, utilitas, dignitas, & jucunditas illius demonstretur, quod quidem hoc capite præstabitur.

## §. I.

## De Necessitate Theologiæ Pemicæ.

I. Non est hic animus demonstrare, Scientiam Theologiæ pemicæ cuiusvis homini adulto necessariam esse, sed iis duntaxat, quibus ex officio incumbit, Ecclesiam Catholicam, &que doctrinas defendere, animasque curæ suæ commissas a perniciofa hæresum peste custodire, quales sunt Pastores & Curatores animarum, quibus quidem ex quadruplici titulo rei maxime necessaria est Theologiæ pemicæ notitia.

II. Primus titulus est, quia ejusmodi Pastores, sunt Milites & Custodes specialiter à DEO electi ad custodiendam Ecclesiam; atque adeo jam olim à Salomone Cant. 3. sequentibus verbis adumbrati: *En lectulum Salomonis ( id est, Christi & Sponsæ Ecclesiæ ) sexaginta fortes ambiunt, ex fortissimis viris, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: unius cuiusque ensi super femur suum propter timores nocturnos.* Quid autem timores isti nocturni sunt aliud, nisi oppugnationes Hæreticorum in tenebris errorum suorum ambulantium? Quid ergo, quem super femur habere debent hi Custodes, aliud significat,



gnificat, quàm scientiam Theologiæ polemicæ, quàm Christi illis pro defendenda Ecclesia communicavit, illa Jeremiae Prophetæ verba ad Judam olim dicta 2. Mach. 15, utriusque: *Accipe sanctum gladium munus à DEO, in quo denuo Adversarios Populi mei Israël, de quo gladio verissime dicere potest ad Christum quivis Pastor, quod olim David ad Abimelech 1. Reg. 21. dixit: Non est huic alter similis, da mihi eum.*

III. Secundus titulus est, quia, quatenus eis Concipiendi & docendi officium incumbit, sunt quasi speculatores constituti, qui hostem venientem speculentur, & iis, pro quibus vigilare debent, annuncient. Unde illis jure merito attribui possunt illa verba Ezech. 3. à DEO Ezechieli dicta: *Fili hominis, speculatorem te dedi domui Israël: & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me.* Merito ergo timere debent, ne si Theologiæ hujus polemicæ scientiâ careant, audire cogantur illud Isaïæ c. 56. *Speculatores eius ceci non nescierunt universi.* Imò & graviorem illam ipsius DEI per Ezechielem c. 33. factam comminationem: *Quid si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccinam, & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu Speculatoris requiram.*

IV. Tertius titulus est, Quia sunt Pastores ovium commissarum; unde si vident Lupum vel Draconem ovium insidiantes, eos arcere debent baculo Pastoralis, id est, Theologiæ polemicæ notitiâ. *Quid enim sunt Lupi isti, nisi Hæretici, qui feri & rabidi, inquit Vincentius Lirinensis in cap. 20. Ad Rom. Qui saulus Ecclesie semper infestant, & gregem Christi, quæque possunt, dilacerant? & qui, ut S. Agustinus 1. 3. contra Faustum c. 12. loquitur, ut fallacius incautis ovibus obrepant, lupinam deponunt speciem, & sese divina legis sententiis, quibusdam velleribus obvolvunt, ut, cum quæque lanæ molliem præferant, nequaquam aculeos dentium perimant.* Qui sunt Dracones nisi Hæretici, de quibus idem Sanctus Augustinus narr. 39. in Psalm. sic loquitur: *Persecutor paganus aperit os suum ut Leo, Hæreticus insidiatur ut Draco. Ille cogit negare Christum, iste docet: ille ingerit violentias, iste insidiat. Adversus illum opus est patientiâ, adversus hunc opus est vigilantiâ.*



Hic nimirum est Draco ille, quem S. Joannes Apoc. 12. vidit, draco magnus & rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capite eius diademata septem, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cali, & misit eas in terram; & draco stetit ante mulierem (id est, Ecclesiam) ut, cum peperisset, Filium eius devoraret. Unde merito iterum timere debent curatores animarum, ne, si contra hos lupos & dracones oves suas non defendant, audire cogantur illam horrendam Dei apud Ezechielem c. 34. comminationem: *Disperse sunt oves mea, eo quod non esset Pastor, & facta sunt in devorationem omnium bestiarum agri. Propterea Pastores audite verbum Domini virgo ego, dicit Dominus Deus; quia pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, & oves mea in devorationem bestiarum agri, eo quod non esset Pastor. Ecce ego ipse super Pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem.* Et utinam hæc prophetica comminatio non nimis his nostris temporibus impleta cerneretur!

V. Quartus titulus est, quia Curatores ejusmodi sunt Medici animarum, de quibus multò veriùs, quàm de corporalibus Medicis dici potest illud Siracidis 38. c. *Honora Medicum propter necessitatem: etenim illum creavit Altissimus: à Deo est enim omnis medela, & à Rege accipies donationem. Dignus Medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnarum collaudabitur.* Unde ad ipsos præcipuè pertinet pestilentes animæ morbos à Comaissis sibi Parochianis avertere; quæ autem est pestilentior & perniciosior morbus, quàm hæreticæ pravitatis pestis? sicut enim pestis, ubi semel intraverit, serpendo semper crescit, & difficulter expellitur, ita hæresis, ubi invaluerit, semper ulterius serpat, nec nisi per summam violentiam, aut auxilium spiritus Dei extripantur. Quâ ratione autem avertet hanc pestem curator animarum, nisi Theologicæ Polemicæ auxilio illius indicia sagaciter cognoscat, & salutaria media addeat, per quæ maturè huic morbo occurrere, aut, ubi quem invalerit, eundem iterum depellere possit.



## §. II.

## De Utilitate Theologiæ Polemicæ.

I. Multæ quidem sunt utilitates, quas affert Theologiæ Polemicæ notitia, & prudens usus, sed quæ ad tres vel quatuor fructus reduci possunt.

II. Primus itaque fructus in *Ecclesiam triumphantem* id est, Deum & Cælites redundat; cum enim hi omni bonis usque adeo abundant, ut nihil ab hominibus nisi cultum & honorem sperare possint, merito nulla illis major utilitas (extrinseca) obvenire posse creditur, quam si debito & sacro ritu colantur, & Deus quidem per instituta à se Sacramenta, operaque præcepta, Christus per religiosam Sacramentorum à se institutorum frequentationem, & Eucharistiæ præcipuè devotam adorationem, reliqui verò cælites per affectuosam, & fiducia plenam invocationem honorentur. hæc autem omnia cum Theologia Polemica præ reliquis Theologiis illibata conservare, totis viribus nitatur, non sanè concluditur, non exiguam ab illa in Ecclesiam triumphantem utilitatem redundare.

III. Alter fructus in *militantem Ecclesiam* derivatur hujus enim gloria, salusque cum in eo potissimum consistat, ut per veræ fidei, spei, & caritatis constans & illibatum certitium, nec non per Sacramentorum à Christo institutorum piæ & utilem usum, DEO placere, eumque velut ultimum suum finem, quantum in hac mortali vita fas est, possideat; quoad hæc autem omnia eandem vehementissimè hæreticis oppugnatam, potenter ac feliciter Theologia Polemica defendat, merito summam iterum utilitatem Ecclesia hæc militans ab illa accipere dicenda est, ita ut cum ecclesia hæc Theologia fortissimum Ecclesiæ militantis propugnaculum dici queat, illudque Sponsæ Cant. 4. elogium mereatur: *Sicut turris David colum tuum, quæ aëscata est propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, & omnia armata fortium.*

IV. Tertius fructus in *purgantem Ecclesiam* redundat quæ cum nullam majorem utilitatem à viventibus accipere possit, quam suffragia per piarum orationum &



nam bonorum usum ipsis oblata; hæc autem Theologia Polemica non minus fortiter propugnare, quam Hæresis eripere nitatur, negari sanè non potest, majorem etiam in hæc Ecclesiam purgantem, quam ab ulla alia scientia utilitatem promanare.

V. Quartus denique fructus ab ipso Theologiae polemicæ possessore percipitur, qui, cum tam fortiter prædictam triplicem Ecclesiam defendat, atque adeò de quavis illarum tam præclare mereatur, meritò non exiguam ab omnibus illis laudem, favorem, ac mercedem sperare potest.

### §. III.

#### De dignitate Theologiae Polemicæ.

I. Multi quidem sunt tituli, per quos varii homines magnam sibi comparare nomen, famamque inclytam obtinere sunt conati, sed nullus ferè ad hunc finem obrinendum major censetur, quam victoriæ de potenti hoste feliciter ac generosè obtentæ titulus, cum reliqui tituli plerumque vel à fortuna, vel ab opibus, vel aliorum falso & adulatorio judicio orientur; hic autem à propria virtute ortum sumat, & generosam sui ipsius victoriam, quæ meritò à Sapienibus summa inter omnes triumphos victoria æstimatur, plerumque supponat. Unde Deus ipse Apoc. c. 2. dixit: *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Sed & Josephus Zachariæ Filius, & Azarias princeps variis hoc titulo præcipuè magnum sibi nomen, gloriàmque parare nitentur, ideòque 1. Mach. c. 5. dicebant: *Fatimur & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare adversus Gentes, qui in circuitu nostro sunt.* Quæ si ita se habent, meritò summam Theologiae polemicæ dignitatem, gloriàmque competere fatendum est, ut quæ victoriam obtinet ob omnes circumstantias, propter quas victoria quæpiam nobilior ceteri solet, jure aliis præferendam.

II. Si enim 1. tantò illustrior censeretur victoria solet, quanto plures, potentioresque hostes per eandem sunt debellati, quis non illustrissimam fateri cogetur victoriam, quàm



quam Theologia Polemica de Hæreticis reportat, quæ numero propemodum infiniti, & propter auxilium & assistentiam Dæmonis potentissimi, & ob singularem suam soliditatem, fraudulentiamque merito vel maxime sunt notuendi. Si tantopere olim celebratus Hercules fingitur, tot, tamque varia monstra, præsertim septemcapitem hydrag, tam fortiter superata, quanto majori laude, gloriaque dignus erit Theologus polemicus, qui tot metuentia monstra hæresum non minus oppugnavit fortiter, quam forsliciter expugnavit, utpote quas S. Ambrosius l. 1. de fide non immerito etiam Hydræ comparavit dicens: *Sicut hydra licet sapius recisa semper repullulavit, auctiorque evasit, ita hæreses, quò vehementius excindere eas Catholici Doctores studuerunt, tantò maius incrementum sumpserunt.*

III. Si secundò tantò nobilior exiliatur victoria, quanto plures per eam urbes, aut Provinciæ ab interitu servatae, aut grandibus etiam, multisque commodis, divitiisque sunt auctæ; quàm illustrem iterum oportet esse victoriam à Theologia Polemica adversus hæreses reportatam, utpote ex qua tot, tantæque utilitates in triplicem Ecclesiam triumphantem scilicet, militantem, & purgantem redarant, quales priori paragrapho copiosius sunt descriptæ.

IV. Si denique tantò laudabilior jure merito victoria censetur, quanto difficilior, & diuturnior, & periculosior fuit pugna, quæ eandem præcessit; quis summa laude dignissimam neget victoriam, quam Theologia Polemica de Hæreticis obtinuit, utpote quam pugna præcedit & ob continuam hæresum reviviscenciam indefinens, & ob effrenatam hostium pertinaciam difficillima, & ob salutis, felicitatisque æternæ amittendæ manifestum discrimen plus, quam quodvis aliud certamen, periculosa, ut merito proinde Theologiæ polemicæ pulcherrimum illud elogium Judithæ olim ab Achior c. 14. Judith. datum attribui possit: *potius quoniam in omni gente, qua audivit nomen tuum magnificabitur super te DEVS Israël.*



## §. IV.

## De Jucunditate Theologiæ Polemicæ.

I. Etiam hæc jucunditas non levis profectò cenferi debet, utpote quam olim Deus Apoc. 2. per manna seu panem omne delectamentum in se habentem demonstravit, dum dicit: *Vinceti dabo manna absconditum*; id est, in corde eorum gaudium quod quidem ex triplici præcipuè fonte oritur.

II. Primò ex ipsa pugnae qualitate, si enim generoso militi nihil accidere jucundiùs potest, quam si occasionem habeat frequentem, & celebrem cum hostibus suis decertandi, atque ex eorum debellatione insignem aliquam prædam, trociscumque nomen ac famam reportandi; quidni jucundissimum pariter fore credatur Theologo Polemico certamen, quò cum Hæreticis creberrimè, imò assiduò suscipere cogitur; & ex quo tantam divitiarum non tam corporaliùm, quam Spiritualium copiam, ac famam sperare potest, quantum prioribus duobus paragraphis descriptam videre est.

III. Secundo eadem jucunditas oritur ex ipsa hostium victoriarum conditione; si enim tantò majus plerumque ex victoria gaudium oritur in animo victoris, quanto nocentior, & infensior fuit hostis, qui devictus est, quanta lætitia oritur in mente Theologi polemici, si tot, tamque infensos sibi, totique Ecclesiæ Catholicæ Hæreticos à se superatos aspiciet? si adeò jucundum est Victoribus debellâsse, quos perdere possint, quàm jucundum accideri Theologo Polemico vicisse, ac subjugâsse eos, quos servare, & æternæ olim felicitatis secum participes habere possit? si tantopere gaudet Victor, si per victoriam suam, hostium, numerum imminutum advertat, quantum magis gaudebit, si non imminutum duntaxat numerum inimicorum, sed amicum etiam numerum auctum per conversionem Hæreticorum suo labore & industria procuratam videbit? an non venificabitur in illo, quod Jeremiæ c. 15. promisit Deus, dum dicit: *Se separaveris pretiosum à vili* (id est, animas pretiosas ab hæretica pravitate) *quasi os meum oris*, id est, omni voluptate



luptate perinde repleberis, quemadmodum ori variz polumque delicia subministrantur.

IV. Tertiò eadem jucunditas oritur ex illorum, qui servati atque ab hostibus defensi sunt, lætitia ac gratulatione; si enim Davidi olim jucundissimum haud dubiè accidit, post devictum Goliathum opprobrium ab Israël abstulisse, & egressas mulieres de universis urbibus Israël, cantantes, citharòsque ducentes & dicentes audire: *Percussit Saul milia, & David decem millia*: 1. Reg. c. 18. Si jucundissimum pariter fuit Judithæ, propter Holofernem à se occisum, Bethuliam servatam, omnem populum cum mulieribus & virginibus & invenibus in organis & citharis gaudentem, obviam sibi Joachim Summum Pontificem cum universis Presbyteris eundem & dicentem: audire: *Tu gloria Jerusalem, tu lætatio Israël, tu honorificentia populi nostri*. Quanto major lætatio concipietur à Theologo polemico, qui per obtentam hæreticis victoriam, triplicem à se Ecclesiam servatam, quæ obviam euntem, & gratulantem, atque ad æterna gloria festaque secum celebranda invitantem aspiciet?

## P A R S II.

### DE THEOLOGIA POLEMICA O F F E N S I V A.

**P**er offensivam hanc Theologiam aliud nihil intelligitur, quàm ea Theologiæ Polemicæ pars, quæ ex infinitis argumentis proponuntur, tum ad Catholicas doctrinas defendendas, tum ad contrarias hæreses refutandas. Proinde parte, uti & sequenti meliùs intelligenda ex præfatione generalis à Becano conscripti notandum est, quadruplicem nempe Hæreticos reperiri; nam 1. aliqui sunt pertinaciter eoque proprie & formaliter Hæretici, eò quòd, licet agnoscant, se à communi Ecclesiæ & SS. Patrum sensu recedere, nihilominus ex superbia & obstinatione pertinaciter in errore permaneant, ne à veritate convicti videantur. 2. sunt Zelosi, qui ex ignorantia potius, quàm pertinacia dicant, suam sectam veritati & Evangelio conformem, idcirco tantò ardore eam tuerentur, ut vitam potius per-



quàm errores deponere sint parati. 3. Alii sunt frigidi, id est, tales, qui quidem errores suos agnoscunt, & etiam parati sunt deponere, sed ob varias excusationes, quas frigide preterdunt, in iisdem erroribus perseverant. 4. Denique alii sunt dubii, qui simplici ac recto corde veritatem quaerunt, ideòque, quia ipsi per se eam invenire non possunt, ab aliis institui ac juvari petunt; qui proin omni potius caritate ac mansuetudine fovendi, animandique sunt, ut sua dubia sincerè aperiant, atque, ut ab iisdem liberentur, accurata, facilique instructione curandum. Cum solis ergo pertinacibus, Zelosis, & Frigidis hæreticis offensivum bellum suscipiendum est; quod quidem quâ ratione fieri possit, in hac parte ostendatur.

## CAPUT I.

QUIBUS POTISSIMUM ARGUMENTIS  
CONTRA HÆRETICOS PV-  
GNANDVM SIT.

Quemadmodum prima illorum, qui militiæ nomen dederunt, cura est, ut de aptis sibi armis provideant; ita prima quoque Theologi Polemici sollicitudo esse debet, ut argumenta addiscat, solida, quibus contra Hæreticos pugnare debeat; quæ quidem duplicis ferè sunt generis, generalia scilicet, & specialia; illa sunt, quæ in genere duntaxat fontes aperiant, ex quibus ejusmodi argumenta petenda sunt; ista verò sunt, quæ ex monstratis fontibus tanquam effusiora & efficaciora seliguntur ad veritatem dogmatum Catholicorum, & falsitatem hæreticorum demonstrandam, quæ quibus proinde in hoc & sequentibus capitibus agetur.

## §. I.

De primo fonte argumentorum nempe S.  
Scriptura petitorum.

I. Primus fons argumentorum meritò S. Scriptura affirmatur; hæc enim cum nihil aliud sit, quàm verbum Dei revelatum, atque adeò infallibilem habeat auctoritatem,  
hoc



hoc ipso efficacissima argumenta suppeditare creditur ad veritatem doctrinarum Catholicarum demonstrandam. Unde & ipsi Adversarii hoc solo argumentorum genere, licet perperam, utuntur ad falsas suas doctrinas seu hæreses persuadendas; id Origenes in c. 14. ep. ad Rom. apta similitudine declarat; dum ait: Sicut Piratæ in occultis Scopulis maris lumen accendunt, ut navigantes ad naufragia perditionis sub spe salutis obtinendæ perducant; ita Hæretici lumen falsæ doctrinæ ostendunt, ut salutis suæ cupidos sub hæresiminis specie ad fidei & salutis naufragium pertrahant. Sed & S. Epiphanius hæresi 34. contra Manich. alia similitudine id ipsum confirmat, dum ait: Sicut dipsas venenatus serpentis aquam, quam in occultis rivulis haurit, veneno inficit, & bestias pariter ex ea bibentes intolerabili siti accendat, tandem omnino perimat; ita Hæretici, dum S. Scripturas velut fontes veritatis, veneno falsæ suæ doctrinæ contaminant, maximam quidem divini verbi orexin excitant, sed per eandem certum animæ interitum creant. Quare ut in armorum genere ritè utatur Theologus Polemicus, sequentia monita observet.

I. Primum est, ut, quoniam non omnes S. Scripturas libris pro Canonicis illi agnoscunt, non facilè locum aliquem alleget ex tali libro, quem illi velut non Canonicum rejiciunt; hoc ipso enim, quod eum pro vero Dei verbo accipiant, textum ex eo depromptum tanquam infirmum & humana solùm ratione nixum excutient.

II. Secundum monitum est, ut, ubi textum aliquem à se ex libro ab ipsis ut Canonicis admissis citatum falsè interpretantur, & subdola interpretatione juxta consuetudinem hæreticam & corruptam conabuntur, jubeantur veritatem suæ interpretationis ex S. Scriptura probare; cum enim talis textus à Catholicis, aliter ab ipsis explicetur, hoc ipso dubium erit, quænam ex his interpretationibus velut legitima sit præferenda; atque adeò ab illis ex Scriptura, quam solam illi præiudice controversiarum agnoscunt, dubium hoc resolvi non poterit.

III. Tertium monitum est, ut non tam ipse ex S. Scriptura telum aliquod aut sententiam assumat, quàm Adversariorum tela ex eadem Scriptura peti solita dicitur.



confringat, id quod efficiet in hunc vel similem modum argumentando. Tunc hoc vel illud dogma vestrum veritati consentaneum censi non potest, quando veram vos Scripturam non habetis; sed ira se res habet; ergo. Majorem libenter concedent, utpote qui nihil pro fidei dogmate agnoscere volunt, nisi quod ex S. Scriptura probari queat. Minor autem sic ostenditur. Tria præcipue in vera Scriptura Spectari debent. 1. Canon seu Catalogus librorum Scripturæ. 2. Versio seu editio. 3. Sensus & interpretatio; atqui nihil horum, vos habetis; cum neque Canonem, nec versionem, nec interpretationem vos legitimam habere ex S. Scriptura ostendere possitis, ergo rectè concluditur, veram Scripturam vos non habere, atque adeò fidei vestræ dogmata nullo solido argumento probari posse.

## §. II.


De secundo fonte argumentorum, Conciliorum scilicet, & Pontificum definitionibus.

I. Pro faciliiori intellectu hujus fontis, notandum est, non esse hic sermonem de quibuscunque Conciliis, sed de illis tantaxat, quæ à Pontifice approbata sunt, ideòque pariter etiam cum illo auctoritatem habent, ut in prima parte dictum est. Talia autem præcipue sunt generalia Concilia quæ diversis sæculis celebrata sunt, nempe in primo sæculo circa annum 51. Concilium Hierosolymitanum sub S. Petro. Tertio sæculo Constantinopolitanum primum contra Macedonium, & alios negantes divinitatem Spiritus Sancti. Quarto sæculo circa annum 325. Nicenum primum contra Arium; & circa annum 431. Ephesinum Consilium contra Nestorium item Chalcedonense anno 457. contra Eutychem & Dioscorum. Quinto sæculo Constantinopolitanum secundum contra Petrum, Severum, & alios Origenistas. Sexto sæculo Constantinopolitanum tertium contra Monothelitas. Septimo sæculo Nicenum secundum contra Ico- nomachos. Octavo sæculo Constantinopolitanum quartum contra Photium pro S. Ignatio Patriarcha Constantino- politano. Undecimo sæculo Lateranense primum, secundum.



dum, tertium pro jure Cleri, contra Saracenos & hæreses Catharorum habita. Duodecimo Lateranense quartum, contra Albigenes & Joachimum Abbatem; & Lugdunense primum sub Innocentio quarto, in quo Fridericus Imperator depositus, & expeditio pro terra sancta recuperanda decretata est. Item Lugdunense secundum sub Gregorio decimo pro unione Græcorum cum Latinis. Decimo tertio sculo Concilium Viennense sub Clemente Quinto, in quo Ordo Templariorum deletus fuit. Decimo quarto Concilium Florentinum, sub Eugenio Quarto pro unione Græcorum cum Latinis. Decimo quinto tandem sæculo Concilium Lateranense quintum contra conciliabulum Pisanum & Turcas; & Tridentinum anno 1545. inchoatum, & 1564. sub Pio Quarto finitum contra hæreses & corruptos hæc sæculi mœurs.

II. Ex his itaque Conciliis & definitionibus Pontificum, etsi apud Catholicos infallibilem habeant auctoritatem, quia tamen ab Hæreticis solam Scripturam pro legitimo Judge agnoscentibus unanimiter rejiciuntur, argumenta desumi quidem possunt, ac debent, sed ita, ut non reprobata primaria assumantur, (cùm unica negatione consequentia omnia antecedentia propositiones fidei nostræ continentur sint elusuri) sed pro confirmatione duntaxat adhibeantur quemadmodum Bellarminus, & alii Controversistæ possunt faciant, & rectè, cùm enim talia Concilia ex Sanctissimis doctissimis, & sapientissimis, atque in summa dignitate constitutis hominibus sint congregata, & præterea tanta præparatione, consideratione, prudentia ac maturitate singula dogmata & controversiæ examinentur, ac decidantur, merito credi potest, his potius Spiritum Sanctum assistisse, & veritatem manifestasse, quam Hæresiarum proprios potius ingenio ac affectu, quam ex inspiratione etiam talia argumenta non exiguam vim habent ad eorum pertinaciam & errorem ostendendam.





## §. III.

De tertio fonte argumentorum, nempe  
Traditionibus.

I. Ex hoc fonte tanquam Verbo Dei non scripto, eadem ferè ratione, sicut ex præcedenti argumenta petenda & usurpanda sunt; cum enim Hæretici Solum Scriptum DEI Verbum agnoscant, & admittant, faciliè iterum exeuntia, quæ ex ejusmodi Traditionibus seu Verbo DEI non scripto contra eos torquentur. Quare pro confirmatione potius, quam primario argumento adhibenda sunt; aut certe prius, quam particularis aliqua doctrina ex iisdem probetur, demonstrandum in genere erit, ejusmodi Traditiones admittendas esse, quod ut facilius præstetur, sequentia monita servare poterunt.

II. Et primò quidem ante omnia ostendatur, quam prævalentes & communi hominum praxi atque experientiæ conformes sint regulæ, quas Ecclesia ad cognoscendas traditiones Apostolicas adhibet, & Fidelibus suppeditat, suntque sequentes. Prima, si tota Ecclesia vel Pontifex cum generali aliquo Concilio doctrinam aliquam, quæ in S. Scriptura non reperitur, pro articulo fidei recipit, qualis e. g. est articulus de Virginitate Matris DEI, Canon S. Scripturæ, cultus imaginum &c. Secunda regula est, si eadem Ecclesia aliquid observet, quod Solus Deus imperare potest, quales traditiones sunt quòd Infantes baptizandi; ij autem, qui ab Hæreticis baptizati sunt, non debeant iterum baptizari. Tercia, si aliquid in Ecclesia observetur, cujus initium depre- hendere non potest, nisi ad ipsum tempus, quo vixerunt Apostoli recurratur, quales sunt, quòd Dominica loco Sabbati festive celebranda; quòd Quadragesimale jejunium observandum; aqua & sal benedictus pie usurpandi &c. quam regulam S. Augustinus ep. 118. sequentibus verbis proponit: *illa autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ in toto terrarum orbe observantur, dantur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima autoritas, commendata atque statuta retineri; sicut quòd Domini passio, & resurrectio, & ascensio in cælum*



cælum anniversaria solemnitate celebrantur. Et si quid aliud tale occurrerit, quod servatur ab universa, quacunque se diffundit, Ecclesia. Quarta regula est, si omnes Doctores Ecclesie unanimiter, vel certè aliqui illorum, cæteris non insistentibus, aliquam doctrinam pro traditione agnoscunt, quales sunt crucis signum & aliæ cæremoniæ in baptismo, benedictio aquæ baptismalis, Exorcismus ibidem adhiberi solitus. Has, inquam, regulas prudentissimè ab Ecclesia adhiberi ostendat ex eo, quod experientiâ quotidianâ constet, si vel unus, aut alter vir gravis, maturus, ac spectatæ vitæ fama celebris asseveret, se hoc vel illud ab alio quopiam audivisse, nemo prudenter in dubium revocare possit, quod revera illud audiverit; quanto magis ergo, si tot Pontifices, tot Concilia, tot Sancti Patres asserant, se ab ipsius Apostolis, aut eorundem successoribus aliquid audivisse, Eadem tali assertioni prudenter denegari non poterit; iniquissima profectò insania est, inquit D. Augustinus loc. cit. disputare, an faciendum sit, quod tota per orbem frequenter Ecclesia.

III. Secundò ostendat, quàm rationabile pariter sit ut ejusmodi traditionibus æquè firmus assensus, ac ipso Verbo Dei scripto præstetur; cum enim doctrina talis non maneat à Deo Apostolis inspirata sit, quàm illæ doctrinæ, quæ scripto illi tradiderunt, meritò eadem quoque illis autoritas, quæ scripto Verbo conceditur, constare debet, pariter de sicut mandatum Principis eandem vim & auctoritatem habet apud subditos, sive scripto, sive voce perferatur; ut patet in SS. Apostolis Matthæo, Joanni, Petro, & Jacobo, & Sanctis, Evangelistis Marco & Luca velut Verbum Dei, quæ sententias firmissimus assensus præbeatur, eò quod doctrinæ suas scripto reliquerint, & non æquè pro Verbo Dei agnoscatur, quòd S. Andreas, Bartholomæus, cæterique Apostoli viva voce tradiderunt? quis credat Christianos, legittimo Verbo Dei explicante, quid in lege gratiæ mandandum sit, relictos fuisse?

IV. Tertiò ostendat, quàm vacillatura sit tota dogmatica, nisi traditiones admittantur; quid enim ad hanc fidem necessarium est, quàm ut cognoscatur



missimæque credatur, quod tota Scriptura Veteris ac novi Testamenti sit verum Dei Verbum? quodque in iis, quæ ad fidem & salutem necessaria sunt, salva & incorrupta maneat? atque legitimum illius sensum habeamus? quod item symbolum fidei, quod de facto velut compendium doctrinæ Apostolicæ recitamus, sit verè ab Apostolis compositum, traditumque? atqui hæc omnia non aliundè sanè, quàm ex traditionibus probari possunt, meritò ergo S. Basilius in lib. de Spirit. S. c. 27. concludit: *Dogmata, quæ in Ecclesia servantur, prædicantur, partim ex conscripta doctrina habemus; partim ex Apostolorum traditione in mysterio ad nos delata recipimus. Quæ utraque eandem ad pietatem vim habent, & nemo his contradicit, qui vel mediocrem saltem Ecclesiasticorum iurum experientiam habet. Alioqui enim frustra S. Joannes cap. ult. dixisset: Sunt autem & alia multa, quæ fecit IESVS: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse, qui scribendi sunt, libros.*

## §. IV.

De quarto fonte argumentorum, videlicet  
SS. Patribus.

I. Ut hoc fonte fructuosè utatur Theologus Polemicus, tria de illo nôsse debet. 1. Quinam Scriptores præcipue inter SS. Patres numerandi sint, & quo tempore vixerint; ut quàm antiqua fuerit eorum doctrina, clariùs cognoscatur, tantòque majorem auctoritatem accipiat, quantò propius ad Apostolorum tempora accesserit. 2. Quam auctoritatem illi apud Catholicos habeant. 3. Quid Hæretici de illis sentiant, & quomodo ex illis contra hos argumentari liceat, quæ omnes quæstiones in hoc paragrapho breviter decidentur.

II. Primam ergo quæstionem quod attinet, eos duntaxat SS. Patres hîc indicabo, qui indubitatè inter SS. Patres numerantur, & præcipui censentur, quales in primo sæculo fuerunt, (teste Bellarmino de scriptoribus Ecclesiasticis, ex quo possimum hic Catalogus desumetur) S. Clemens Romanus Pontifex, S. Ignatius Episcopus Antiochenus & Mar-



tyr, S. Dionysius Areopagita S. Pauli discipulus. In secundo sæculo S. Justinus Philosophus & Martyr, & S. Irenæus Episcopus & Martyr. In tertio sæculo Tertullianus, qui initio Catholicus erat ardentissimi Zeli, sed postea in Montani hæresin prolapsus, non pauca contra Ecclesiam scripsit. Unde secundum quid tantum, id est, secundum ea, quæ Catholicæ fidei conformia sunt, inter Scriptores Sacros numeratur: Clemens Alexandrinus Presbyter & Origenis Magister; S. Hippolytus Episcopus & Martyr. Origenes Adamantius, qui ultra sena millia librorum scripsit, et quibus tamen, quia aliqui hæresis damnati sunt, soli illi recipiuntur, qui nihil Catholicæ doctrinæ contrarium continent: S. Gregorius Thaumaturgus Episcopus Neocæsariensis; S. Cyprianus Episcopus vir eloquentissimus, & Sanctissimus: S. Dionysius Alexandrinus: S. Zeno Episcopus & Martyr: S. Methodius Episcopus & Martyr. In quarto sæculo S. Macarius Senior, S. Athanasius Episcopus Alexandrinus, & Ecclesiæ Doctor, S. Hilarius, Pictavorum Episcopus, S. Opatrus Milevitanus Episcopus, S. Cyrillus Hierosolymitanus, S. Ephrem Diaconus Edessenus, S. Basilus Magnus Archiepiscopus Cæsariensis in Cappadocia, S. Gregorius Nazianzenus, uterque Ecclesiæ Doctor, S. Damasus Romanus Pontifex, S. Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus, S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus & Ecclesiæ Doctor, S. Gregorius Nyssenus Episcopus S. Basilii Fratres, Hieronymus Presbyter, & Ecclesiæ Doctor, S. Joannes Chrysostomus Ecclesiæ Doctor & Episcopus Constantinopolitanus, ex quibus constat, nullum facile sæculum istius præstantiam fuisse. In quinto sæculo S. Augustinus Episcopus Hyponensis & Ecclesiæ Doctor, S. Maximus Taurinensis, S. Cyrillus Episcopus Alexandrinus, S. Petrus Chrysologus Episcopus Ravennas, S. Leo magnus Papiæ Nilus Constantinopolitanus Monachus, S. Prosperus Episcopus Rhegiensis, Salvianus Episcopus Massiliensis. In sexto sæculo S. Fulgentius Chartaginensis, Episcopus Ruffianus Joannes Climacus Monachus. S. Dorotheus Archidiaconus S. Gregorius Turonensis. In Septimo sæculo S. Gregorius Magnus Papa & Doctor Ecclesiæ, S. Isidorus Hispalensis



Scopus, S. Ildephonsus Episcopus Toletanus. In octavo sæculo  
 S. Germanus Episcopus Constantinopolitanus, Venerabilis Be-  
 da Presbyter Anglus, S. Joannes Damascenus. In nono S. Eulo-  
 gius Martyr. In undecimo S. Fulbertus Carnotensis Episcopus,  
 S. Petrus Damiani Cardinalis, S. Anselmus Cantuariensis Epi-  
 scopus, Ivo Carnotensis Episcopus. In duodecimo Rupertus  
 Abbas Tuitiensis, S. Bernardus Abbas Clara vallensis, Petrus  
 Abbas Cluniacensis, Hugo de S. Victore Monachus, Richar-  
 dus de S. Victore Canonicus Regularis, Arnoldus Carnoten-  
 sis Abbas bonæ vallis. In decimo tertio Innocentius tertius Pa-  
 pa, S. Edmundus Cantuariensis; S. Albertus Magnus Episco-  
 pus Karisbonensis, S. Thomas Aquinas, S. Bonaventura Car-  
 dinalis. In decimo quarto Idiota, qui ex humilitate pro-  
 prium nomen suppressit, S. Henricus Suso Monachus Domi-  
 nicanus, S. Vincentius Ferrerius Dominicanus, S. Bernardi-  
 nus Senensis, S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, S.  
 Laurentius Justinianus Episcopus Venetorum.

III. Circa secundam porro quæstionem quanta scilicet  
 sit apud Catholicos autoritas SS. Patrum, maxima illa  
 semper quia & etiamnum est in Ecclesia, & merito, nam de  
 illis proprie intelligenda est illa Salomonis adhortatio Ec-  
 cles. 8. *Non te prætereant narratio Seniorum; ipsi enim didice-  
 runt à Patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectum, & in  
 tempore necessitatis dare responsum.* Unde & S. Augustinus l.  
 1. contra Julian. c. 22. de antiquioribus Patribus dicit; *Quod  
 credunt Patres, credo: quod tenent, teneo: quod docent, do-  
 ceo: quod prædicant, prædico.* Et infra. *Quod enim invene-  
 runt in Ecclesia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod  
 à Patribus acceperunt, Filii tradiderunt.* An verò illorum  
 autoritas infallibilis sit, non levis est controversia inter  
 Catholicos, ad quam cum distinctione respondendum est;  
 præ enim singuli considerantur, vel omnes; si singuli, vel  
 etiam pauci, habent quidem auctoritatem humanam satis  
 magnam, non tamen infallibilem; si omnes simul conspi-  
 rant (id quod duplici modo fieri potest, positivè scilicet, ut  
 omnes idem asserant: vel negativè, ut, quod plures dicunt,  
 reliqui saltem non negent; vel certè si unus aut alter neget,  
 respectu plurimum, qui affirmant, attendendus non videatur,  
 ut exponit Valentia l. 8. contr. c. 8.) tum iterum distin-  
 guendum



guendum est: si enim eorum doctrina à Pontifice, vel Ecclesia recepta est, sicut hodie traditiones, & unanimes S. Scripturæ expositiones à Concilio Tridentino Sess. 4. sunt receptæ, tunc certum est, doctrinam eam esse infallibilis auctoritatis: si verò Ecclesia aut Pontifex expressè eam non probaverit, tunc Melchior Canus quidem l. 7. loc. Theol. c. 4. & Valentia l. c. putant, eos adhuc habere Ruinam & infallibilem auctoritatem, eò quòd Ecclesia universa eos audiat tanquam Pastores suos teneatur; rectius tamen Vasquez p. 1. d. 12. n. 2. & alii docent, eos humanam duntaxat auctoritatem habere, metaphysicè quidem fallibilem, moraliter tamen infallibilem, eò quòd ejusmodi Patribus non major auctoritas tribui debeat, quàm Concilio Generali (sunt enim illi minor portio Ecclesiæ, quàm Concilia generalia, utpote quæ ex totius mundi Pastoribus & Doctoribus sunt congregata (atqui Concilia generalia non habent auctoritatem infallibilem sine approbatione Pontificis (cum de facto Pontificis decreta quædam talium Conciliorum improbaverint) ergo nec Patres conspirantes sine Pontificis approbatione infallibilem habent auctoritatem. Unde non absolute audiendi sunt SS. Patres, quemadmodum contraria sententia supponit, sed quatenus suas doctrinas ex S. Scriptura, vel Ecclesiæ definitionibus probant; id quod S. Augustinus ad S. Hieronymum scribens satis clarè judicavit, dum dixit: *Ego in his Scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, habeo hunc timorem, reverentiamque deferre, ut nullum eorum auctorem scribentem aliquid errasse credam, alios autem ita loqui, ut, quantumlibet sanctitate, doctrinâque propollean, non tam verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per alios Auctores Canonicos, vel probabili ratione persuadere possunt.* Moraliter tamen infallibilem auctoritatem ex eo capite habere censentur, quòd hoc ipso, quòd rot, tamquam docti & Sancti viri conspirent, probabile non sit, eos à Deo desertos, & non potiùs à Spiritu Sancto directos esse.

IV. Circa tertiam denique quæstionem, quanta sententia sit apud Hæreticos horum Patrum auctoritas, sciendum est, olim quidem Hæresiarchas abjectissimè de iis sensisse, eorumque scripta stultitiam & meram garrulitatem, ipsos vero supersticiosos, imprudentes, in discretos appellasse, modo



nos tamen Hæreticos paulò modestiùs de iisdem sentire, & saltem tunc eorum auctoritatem recipere, quando eorum scripta & dicta cum S. Scriptura consentiunt: Quo proinde in casu efficaciter contra illos argumenta ex SS. Patribus torqueri possunt; imò id ipsum rectè etiam in aliis doctrinis expressè in S. Scriptura non contentis fieri, patet tum ex exemplis obviis Controversiarum; tum ex ipsa eorum auctoritate, cum enim hi Patres & Viri sanctissimi, & doctissimi, & primitivæ Ecclesiæ tam vicini extiterint, meritò credi potest, eos nec divinis auxiliis orbatos nec humanis præsiidiis destitutos fuisse; si enim Hæretici tam in Sanctitate, quàm doctrina illis longissimè impares assistentiam S. Spiritus sibi promittere sunt ausi, cur non magis tot, tamque sanctis & doctis viris eandem concedamus? Unde si non ad omnino debellandos, certè ad imprudentiæ & impietatis convincendos, minusque excusabiles apud DEVM reddendos Hæreticos observet desumpta ex fonte isthoc argumentatio.

## §. V.

## De quinto fonte Argumentorum ex humana ratione petitorum.

I. Etiam hic fons non omnino spernendus est, ut qui, sine argumenta ad hominem continet, ita non modicam vim habere creditur ad Hæreticorum pertinaciam convincendam. Triplici autem modo ejusmodi argumenta formari possunt.

II. Primò ex principiis lumine naturæ notis; cum enim, teste Psalmista Psal. 4. signatum sit super nos lumen vultus DEI, id est, intellectus à DEO datus lumine naturali ita illustratus, ut illius auxilio facilè cognoscere possit, quid agere vel omittere debeamus, meritò insignis pertinaciæ convincitur, qui huic lumini naturali repugnare deprehensus fuerit. Unde hic modus non rarò à Theologis polemicis adhibetur, maximè dum ostendere conantur, absurdissimas esse doctrinas, ipsique rationi repugnantes, quas adstruere sunt ausi.

III. Secundò ex praxi & consuetudine hominum prævalentium & proborum; cum enim talium hominum vita & facta me-



Et merito pro exemplo & lege vivendi assumi queant; sed ipso reprehendi non possunt doctrinae aut actiones, quae consilium hominum exemplis conformes esse ostendunt. Etiam modus non raro usurpatur à Theologis polemicis contra Hæreticos, maxime quando de cæremoniis, & cultu adoratione Sanctorum disputatur.

IV. Tertio tandem ex mala coherencia principiorum & doctrinarum ab ipsis Hæreticis traditarum; cum enim verum vero repugnare non possit, merito suspecta haberi potest doctrina, quæ alteri cuiquam doctrinae, quam illi veram agnoscunt, contraria esse deprehenditur. Unde hic modus creberrime usurpatur à Theologis polemicis ad Hæreticorum dogmatum falsitatem demonstrandam.

## CAPUT II.

QUIBUS MOTIVIS SEU RATIONIBUS  
THEOLOGUS POLEMICUS UTI DEBEAT  
AD VERITATEM FIDEI CATHOLICÆ  
PERSUADENDAM.

Varia, eaque sat multa afferri solent à Theologis Polemicis argumenta, quibus probare conantur, solam nostram Catholicam fidem esse veram fidem, in qua homines salvari queant, ex quibus tamen multa subtiliora sunt, quæ ut ab hominibus indoctis & simplicibus sufficienter intelligi possint. Quare ea tantum hic afferentur, quæ cuiusvis homini, ut nostram fidem præ cæteris veram esse credat, convincendo magis idonea esse merito censentur.

## §. I.

De primo genere motivorum ex notis  
Ecclesiæ petitorum.

I. Primum genus motivorum, quibus Theologia polemica utitur ad fidem Catholicam persuadendam, ex notis Ecclesiæ plerumque desumitur, & sic in formam redigitur. Illa fides est velut vera amplectenda, quam vera Ecclesiæ dicit; atqui talis est Catholica nostra fides, ergo &c.



propositio patet, quia Ecclesia est columna & firmamentum veritatis. Minor probatur hac ratione. Ad veram Ecclesiam requiritur, ut sit una, sancta, Catholica, & Apostolica; item visibilis, infallibilis, & nota; atqui hæc omnia soli nostre Ecclesie conveniunt; in hac quippe sola reperitur *vera unitas*, cum nemo aliud credat, aut doceat in substantialibus, quam quod Ecclesia credendum proponit: *vera sanctitas*, ut quæ non tantum ad DEVM simpliciter per observationem mandatorum, sed etiam perfectissime per consiliorum Evangelicorum adimpletionem colendum impellit, & ideo sanctissimas semper & miraculis claras Personas gremio suo complectitur: *Vera universalitas*, ut quæ per totum mundum propagata est: *Vera successio*, ob Apostolorum tempore, quo quam merito Apostolica vocari potest: *Vera visibilitas*, quia in ea Pastores visibiliter gubernant, docent, Sacramenta administrant, & ipsi vicissim fideles Pastores suos agnoscunt, Sacramenta recipiunt, præcepta observant &c. *Vera infallibilitas*, quia omnia signa infallibilis assistentiæ Spiritus sancti habet, ut ex primis quatuor notis patet: *Vera notoritas*, quia passim & ubique se per Pastores suos manifestat, & variis miraculis, ac argumentis suam auctoritatem, potestatemque confirmat. Unde merito S. Augustinus de symb. ad Catech. c. 6. dixit: *Ita est Ecclesia sancta, Ecclesia una, Ecclesia pura, Ecclesia Catholica contra omnes hæreses pugnans: pugnam potest, expugnari non potest. Hæreses omnes de illa extirpantur, tanquam sarmenta inutilia, de vite præcisa; ipsa autem manet in radice sua, in vite sua, in caritate sua; porta inferi non prævalent adversus eam.*

II. Atque hoc argumentum sicut Catholicæ fidei veritatem luculenter demonstrat, ita non minus efficaciter & clare ostendit falsam esse quamcunque Hæreticorum, qui hæreticos exorti sunt, sectam; nam quis sibi persuadeat veram sibi doctrinam reperiri, ubi ipsi Authores doctrinarum tantopere sibi contradicunt, & aliis. Nam 1. quidem Authores hæreticorum turpissimis sese mutuò convitiis & criminationibus prolestant, ut passim apud Controversistas videre est. 2. Sibi ipsi sæpillimè contradicunt; nam Zwinglius aperte fatetur, se tradendo doctrinam de Eucharistia, tempori potius, quam rei scripsisse; imò l. 2. de bapt. ingenuè confiteretur, se aliquot



aliquot ante annos deceptum fatius credidisse, si tum demum baptizarentur Parvuli, ubi ad justam ætatem pervenissent. Lutherus tam sibi ipsi dissimilis fuit, ut triginta sex adversitates sibi responsiones de sola utraque specie Sacramenti scripserit, ut Balthasar Chanassius de notis relig. l. 3. c. 1. ostendit; innumeras verò alias ejusdem contradictiones Conradus Vetter in libello, quem *Lutherischer Vetter*. Haam intulit, enarret. Idem fecit Calvinus, uti idem Chanassius et ipse verbis ostendit. Jam verò 3. quàm ipsi horum Hæreticorum Authores inter se dissident, quis non vides, & sceler? Anno 1557. Colloquium Wormatiense indictum cum magno risu ideo duntaxat solutum est, quòd Lutherani inter se convenire non potuerint, quinam veri Protestantes Augustanæ professionis dici debeant. Calvinistæ in Protestantibus (qui varias Cæremonias admittunt) & Puritanos, qui omnes ejusmodi Cæremonias rejiciunt, dividuntur, tantòque inter se odio flagrant, ut nulla ratione unquam placari posse videntur. Anabaptistæ in Muncerianos, Apostolicos, Separatistas, Enthusiastas, Liberos, Adamitas seu nudè incedentes, Hussitas &c. divisi sunt. Zwingliani tam perplexi sunt in sua fide, ut vix duo inveniantur ejusdem sententia, idè passim nunc se Calvinistis aut Lutheranis adjungant; ut merito de talibus Hæreticis dici possit, quòd nonnemo talis de Evangelicis Augustanæ Confessionis dixit: Ibi ritum di neque finis, neque modus ullus. Quilibet in hoc libere ut justam causam habere videatur, atque alium opprimat, quisquis aliquid novi proferre potest, unde nomen veniat id liberè facit. Sordet mihi profectò mundus, cathedrae & pulpita, & suggestus mihi sordere incipiunt, in quibus dia ista venenata & contentiones ruinam spectantes deprehenduntur. Ita ille; ex quo patet, verum esse, quòd S. Chrysostomus in orat. 1. contra Arrium pronuntiavit, in hoc solò delictet Hæreticos non dissidere, quòd Catholicam fidem explicabili odio prosequantur, & totis viribus oppugnent.

## §. II.

De motivis ex fine veræ Religionis  
petitis.

I. Cùm in vera Ecclesia ante omnia verus veri DEI



mus vigere debeat, ideo merito inter præcipuas illius notas vera religio numeratur; quid enim aliud est Ecclesia, nisi Congregatio Fidelium; qui autem alii Fideles censendi sunt, nisi illi, qui & verum DEVM agnoscunt, & eundem legitimo modo colunt, & amant, propter quem finem ab ipso conditi, & in hoc mundo positi sunt. Quare rectè ex hoc motivo tale argumentum conficitur: Illa Ecclesia censeri merito potest vera Religio (sumendo hic Religionem pro ipsa Congregatione hominum DEVM legitime colentium) in qua & verus DEVS agnoscitur, & debito modo colitur; atqui talis est solus nostra Ecclesia, ergo. Major ex numero primo patet. Minor probatur per singulas partes.

II. Nam 1. Sola Ecclesia & Religio Catholica fatetur DEVM ab æterno & à se existere, aliâque attributa DEI, puta Unitatem, Sapientiam, Omnipotentiam, bonitatem &c. agnoscit. Præterea credit eundem unum in Natura, trinum vero in Personis esse. Credit pariter Christum esse verum DEVM & Hominem, æqualem Patri secundum Divinitatem, minoris Patre secundum Humanitatem, unum non confusione substantiæ, sed unitate Personæ, aliâque, quæ de eo dicitur & Spiritu Sancto in Symbolo S. Athanasii enarrantur; quæque nulla alia secta universim credit, uti facilè singulas præcurrenti patebit.

III. Sed & 2. Modum colendi DEVM aptissimum & venustissimum habet, utpote in quo & locus, & tempus, & instrumenta, & actiones, & cæremoniæ indicant summam de DEO æstimationem, hominèque excitant ad eundem summè colendum & amandum; nam imprimis locum quod attinet, quis Catholicorum templa, sive magnificentia, sive ornata, sive mundities, sive reverentia illis exhiberi solita spectat, singularem quandam de DEO æstimationem & venerationem ingenerare? cum è contrario Hæreticorum templa rudissima sint, & profanis potiùs ædificiis similia. Sed & tempus quoque convenientissimum à Catholica nostra Religione eligi, patet ex varietate pulcherrima Festorum, quorum aliqua sunt Duplicia magis vel minùs solemnia, aliqua semiduplicia, aut omnino Simplicia, ut ex hac diversitate colligant Fideles, diversam de DEO, & Sanctis æstimationem concipere, & proportionatum cuique cultum exhibere. Quia & ipsa



& ipsa prohibitio laboris servilis, missæque audiendæ præceptum, aliâque exercitia his diebus peragi solita, aptissima sunt ad cultum DEI promovendum, uti nemo negare potest. Jam verò instrumenta quoque similem aptitudinem habent, patet tum ex præstantia Altarium, vasorum, & vestium in sacrificio Missæ adhiberi solitorum; tum ex eorum munditia & benedictione, quâ prius ad Sacros usus Deo consecrari, postea profanis vasis secerni solent. Actiones verò nostræ Religionis Deo dignissimas esse, facillè quisque sibi persuadebit, quisque vel horarum publicarum, recitationem, vel Sacramentorum administrationem, Sacrarum Reliquiarum venerationem, votorum, decimarum, & Oblationum constantem usum, opor- tum bonorum, & jejunii præcipuè, aliarumque castigationum corporis exercitium perpetuum & præcipuè ipsius SS. Missæ Sacrificii quotidianam oblationem accuratè persequerit, quorum nihil ferè apud Hæreticos reperitur. Certe verum ac præstantissimum Missæ Sacrificium si spectentur, sufficientissimam nostræ Religionis amplectendæ, & contrariæ cujuscunque rejiciendæ causam præbere possent; cum enim DEVS tam in lege naturæ, quam Mosaica nullum deum cultum magis ab hominibus requisierit, quam illum, qui per Sacrificia exhibetur, meritò credi potest, eum in sola gratia lege hunc cultum non abrogare, sed potiùs, sicut hæc lex infinitis quodammodo modis legem naturæ & Scriptam antecedit, ita Sacrificium quoque infinitis perfectius, quale nostrum est Missæ Sacrificium, substituere voluisse; atque ab omnibus contrarias omnes sectas, cum omni Sacrificio reali careant, jure de falsitate Religionis suspectas censeari posse. Ipsius quoque ceremonias, quæ in Ecclesia adhibentur, ad eandem DEI cultum aptissimas esse, facillè ex earum honestate, dignitate, sanctitate, & significatione colligi potest.

## §. III.

## De Motivis ex propagatione fidei Catholica peritis.

I. Etiam hoc motivum non modicam, imò majorem vim, quam omnia alia vim habet ad veritatem fidei Catholice demonstrandam; cum enim DEVS omnes homines sal-



scribi, & ad agnitionem veritatis venire velit, rectè colligitur, cum pro hoc sine obtinendo efficacem aliquem modum, quo fides Catholica promulgari per totum orbem facile posset, providere, suæque Ecclesiæ communicare debuisset, qualis quidem est miraculorum patratio, ex quo proinde sequens argumentum fieri potest.

II. Illa fides meritò ut vera agnoscitur, & approbatur, quæ innumeris, & manifestis miraculis est probata & propagata: atqui sola fides Catholica est talis, ergo. Conclusio est legitima, si primæ duæ propositiones efficaciter probentur, quod quidem non difficulter præstari potest. Nam primæ quidem propositio, quòd miracula sint efficacissimum medium probandi & propagandi Religionem, seu doctrinam à DEO revelatam esse ostendendi, patet 1. ex S. Scriptura & S. Patribus, qui miracula nunc signa, nunc testimonia DEI vocant. Sic Christus Joan. 5. dixit: *Ego habeo testimonium meum Ianne; opera enim, quæ dedit Pater, ut perficiam ea, ipsa sunt, quæ facio, testimonium perhibent de me.* Item Joan. 14. *Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est: alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, qui credit, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet.* Illud S. Augustinus l. de utilit. cred. c. 16. ait: *Sicut in primis humano verba nova vel minùs usitata moderatè ac decenter dispersa splendorem acunt; ita in factis mirabilibus conparatur aliquid significantibus quodammodo luculentior est divina eloquentia.* Hinc & S. Macarius, ut refert Cassianus l. 1. c. 3. cum Hæretico disputans agebat: *Non est in veritate Regnum DEI, sed in virtute; eamus igitur ad sepulchra, ad invocemus; ostendamus ex operibus fidem nostram, ut manifestissimè rectè fidei documenta ejus testimonio declaremus.* Patet 2. eadem majoris veritas ex ipsa necessitate miraculorum; quid enim magis à Famulo quodam aut Legato, qui nomine Domini varia, & gravis momenti negotia committuntur à Subditis perficienda proponit, requiritur, quàm ut literas sigillo Domini sui confirmatas exhibeat? quidni ego periter ab iis, qui ad fidem veram DEI jussu amplectentur, persuadere homines volunt, ejusmodi sigillum exigant? quod autem aliud, certiusque sigillum ostendi potest, quam



quàm miracula quæ solus DEVS facere tanquam causa principalis potest, in confirmationem fidei patrata? fingamus sanè tempore illo, quo S. Franciscus Xaverius in India Evangelium prædicare incepit, cum illo Lutheranorum prædicantem in Indiam se contulisse, & utrumque publicè coram Indis dixisse, se à DEO missum fuisse, ut verum Evangelium ipsis annunciet; quo, quæso, indicio colligere poterint, unum vel alterum esse verum DEI Legatum, nisi alteruter illorum talia opera in confirmationem fidei patratis quæ solis humanis viribus effici non potuissent? Certè si omnes omnino missiones DEI à condito orbe factæ inspiciantur, omnes ejusmodi signis confirmatæ reperientur; sic Moyses missionem suam Ægyptiis, sic Christus Judæis, sic Apostoli Gentibus; sic Recentiores sancti variis Populis probantibus. Idque adèò necessarium etiam ipse Lutherus censuit, ut in Germ. Wittenb. f. 245. §. 1. dixerit, Populum diligenter instruendum ac monendum esse, ut nullum Evangelii Prædicatorem recipiat, quem non priùs quærant, quis cum miseris ubi sint literæ & sigilla, quibus missionem suam confirmant ubi sint miracula, quæ ostendant, cum legitimè à DEO missum fuisse?

III. Jam verò minor propositio, quòd videlicet Catholica religio & fides ejusmodi miraculis sit confirmata patet ex quadruplicis generis miraculis in ejus confirmationem patratis, videlicet ex futurorum varidicis prædicationibus, ex ejectione malorum spirituum ab Energumencorum corporibus, curatione miraculosa variorum morborum, mortuorum suscitatione, quorum singulorum generum veritas & testatissima exempla affert Bellarminus to. 2. l. 4. c. 6. Coccius to. 2. l. 8. a. 13. & plurimi alii Scriptores. Cum cum quidem ejusmodi miraculum patrassè comperiantur, potius illa, quæ patrare conati sunt, pessimè ipsis successerint. Uti idem Bellarminus l. 4. c. 14. de not. Eccl. & Thomas Aquinas de sign. Eccl. l. 5. c. 2. variis exemplis confirmant. adèò ob hoc argumentum meritò Richardus de S. V. l. 1. de Trin. c. 2. dixerit: *Domine, si error est, à te decepti sumus, nam ista in nobis tantis signis & prodigiis confirmata, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt,*



IV. Neque obstat 1. Quòd nonnunquam etiam à simplicibus aut malitiosis hominibus, imò ipsis etiam Dæmonibus patrata sciuntur; nam vel talia miracula vera non fuerunt, uti postea ex falsitate eorum detecta constabat; vel certe non nisi ad confirmationem veteris alicujus doctrinæ patrata fuerunt; nunquam autem DEVS hominibus malis ad novos articulos miraculis probandos adfuisse legitur; multo minus autem permisisse, ut Dæmon talia operaretur; alioquin enim utique idem Dæmon in aliis etiam sectis ad seducendos homines talia miracula patraret; & si id fieret, malè Christus dixisset, ut, si sibi credere non vellent Judæi, operibus crederent, cum statim Judæi responderent potuissent, etiam Diabolum talia opera patrare posse, atque adeò ex operibus ejus doctrinæ veritatem colligi non posse.

V. Neque obstat 2. quòd juxta communem SS. Patrum & Doctorum sensum miracula modò exigui non debeant, cum fides nostra jam ante per miracula sufficienter sit probata; nam & saltem tunc, quando novis & incognitis Gentibus ea fides prædicabatur, ea fuisse necessaria, id quod à nostræ fidei promulgatoribus, non autem à sectariis unquam est præstitum. Deinde verò cum semper etiam novi & novi Fideles nascantur, quibus difficile accipere potest, ut, quæ à Majoribus vel Pastoribus audiunt, firmissimè credant, ad providentiam ac suam gubernationem DEI spectat, ut semper hanc miraculorum gratiam Ecclesiæ suæ relinquat, non quidem, ut quisvis Pastor aut Apostolus miracula talia faciat, sed tamen semper alicui sancti Viri aut Fœminæ in Ecclesia reperiantur, qui talia miracula vel ipsi patrarent, vel certè ad DEI, sanctorumque invocationem, vel reliquiarum & aliarum relictarum religiosum usum sint experti.

## §. IV.

De motivis ex conservatione veræ fidei  
petitis.

I. Ut hic modus argumentandi èlariùs cognoscatur, supponendum est, DEVM ob varias causas, sed tres præcipuè permisisse, ut variz in Ecclesia sua hæreses nascerentur. 1. In peccatorum à Fidelibus commissorum; sicut maledicta



ledicta est terra ob peccatum Adæ, ut spinas & tribulos ger-  
 minaret; unde Apostolus 2. Thessal. c. 2. ait: *Caritatem ve-  
 ritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittit illi DEVS  
 operationem erroris, ut credant mendacio.* 2. Ad excitatio-  
 nem torporis in S. Scripturæ studio, & veritatis illustratio-  
 nem; nam, ut rectè S. Augustinus l. sup. Gen. advertit, *ad  
 Adversario mota quæstio discendi existit occasio; multa quippe  
 ad fidem Catholicam pertinentia, dum Hæreticorum callida in-  
 quietudine exagitantur, ut adversus eos defendi possint, & con-  
 siderantur diligentius, & intelliguntur clariùs, & prædicantur  
 instantius.* 3. Ut probati manifesti fiant, quemadmodum  
 Paulus 1. Cor. 11. indicavit, dum dixit: *Audite scissuram esse  
 inter vos, & ex parte credo, nam oportet & hæreses esse, ut  
 qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* Cum ergo præve-  
 derit DEVS, varias hæreses exorituras, meritò de tali medio  
 providere Ecclesiæ suæ debebat, quo adversus tales hæreses  
 efficaciter defendi, & falsas doctrinas à veris facilè discernere  
 posset, quale quidem aptissimum & efficacissimum vidit fore  
 si Vicarium suo loco relinqueret, qui per assistentiam Spiritus  
 Sancti promissam omnes controversias circa fidei dogmata  
 exorituras sua autoritate & definitione decideret; nam hic  
 modus in primis est in omni Republica usitatus, atque adeo  
 vel maximè conveniebat, ut etiam in Republica Ecclesiastica  
 adhiberetur. Deinde valde necessarius erat, cum neque S.  
 Scriptura, nec Spiritus privatus hoc officium Judicis præstare  
 commodè possint, utpote de quibus semper ulterius dubitari  
 possit, an habeatur legitimus Canon, versio, & interpretatio  
 Scripturæ? an ista potius, quàm illa secta Spiritum privatum  
 legitimum habeat? Præterea valde efficax est; sic enim  
 tim decidi possunt lites, & concordia servari, quemadmodum  
 experientia ipsa, quæ Ecclesiam hæcenus adversus tot hæ-  
 ses servatam intuemur, demonstrat. Sed & ipsi Christo va-  
 de honorificus est modus iste Ecclesiam suam conservare  
 quia sic ostendit, se Regem totius Orbis Christiani, & caput  
 Ecclesiæ: ostendit item bene à se ordinatam esse Ecclesiam  
 per modum Exercitus, Reipublicæ &c.

II. Ex quibus omnibus patet, ex hoc motivo discitur  
 hunc efficacissimum formari posse: Illa Ecclesia & Reipublica  
 meritò ut vera agnoscenda & arripienda est, quæ habet



efficacissimum medium ad fidei lux dogmata illibata conser-  
vanda; atqui tale medium sola habet Catholica Religio, ergo  
illam solum ut veram agnoscere & amplecti decet. Major  
propositio per se clara est, si enim Religio aliqua falsis doctri-  
nis se misceri permitteret, hoc ipso vera Religio esse desine-  
ret. Minor propositio ex probationibus numero priori factis  
patet. Illatio est legitima. Firmior verò hic totus discursus  
erit, si ex omnibus tribus hæcenus enumeratis motivis colle-  
ctis sic formetur: Illa Religio meritò cæteris præferenda est,  
quæ & fini Religionis est conformior, & efficaciora media ad  
sui propagationem & conservationem à DEO accepit; atqui  
talis est sola Catholica Religio, ergo &c.

## §. V.

De Motivis ex Personarum, quæ Catholicam fi-  
dem vel prædicârunt, vel susceperunt,  
qualitate petitis.

I. Etiam hoc motivum, si bene perpendatur, non pa-  
rum efficaciter censeri debet ad Catholicæ fidei veritatem per-  
solvendam, quod quidem sic formari potest. Illa Religio &  
fides meritò cæteris præfertur, quam sanctissimi quique, do-  
ctissimi que viri ex motivo solius propriæ & alienæ salutis  
procurandæ susceperunt, & prædicârunt, & non modò gra-  
vissimis cruciatibus, sed ipsa etiam morte constantissimè obi-  
ta defenderunt; atqui talis est sola Catholica Religio,  
ergo &c. Major hujus discursus propositio ex eo videtur  
clara, quòd, cum negotium hoc summi sit momenti, meritò  
fides non omnibus sit adhibenda, sed multa in examen vo-  
canda, & diligentissimè discutienda sint, præcipuè quis sit,  
quæ fidei dogmata promulget, quibus moribus instructus, quo  
in actu ductus, quo animo, quo fine fidem ipse susceperit,  
aut promulgârit &c. neque enim credibile est, Christum, qui  
ipse efficacissimum persuadendæ Evangelicæ doctrinæ mo-  
dum adhibuit, dum cœpit facere & docere, id est, exemplo  
docuit, quod verbis prædica vit, non eundem quoque in mis-  
sione à se Apostolis & Doctoribus non pariter requisivisse. Mi-  
nor autem propositio pariter per se manifesta videtur; quis  
enim



enim nescit, quantâ Sapientiâ decorati fuerint SS. Patres, & Ecclesiæ Catholicæ dogmata suis scriptis tam copiose illustrarunt, & tam potenter defenderunt? quis nescit doctissimos, & in omni genere literaturæ exercitatissimos viros etiamnum in nostra Catholica Religione reperiri? quis nescit, quàm plurimos ex doctissimis Hæreticis & Ethnicis ad nostram Religionem, ob solos veritatis agnitæ stimulos, & probabilitatis suorum minis & contumeliis transiisse? quis nescit, innumeros sanctos miraculis & sanctitate clarissimos in nostra Religione floruisse? sed & innumeros pro Catholica fide vitam per exquisitissima tormenta posuisse?

II. E contrario verò quis nescit, Authores hæresum peccatissimos homines fuisse, Lutherum Apostatam, Zwinglium Perrochum perduellem, Calvinum Canonicum exautoratum, quis nescit, eos, qui deserta Religione Catholica ad Hæreticorum castra transferunt, solo luxuriæ, libertatis, aut aliorum similis motivi impulsu transfugisse? quis nescit, quàm perniciosas & Sanctitati directè contrarias doctrinas illi tradiderint, videlicet DEVM esse peccati Authorem, hominem carere libero arbitrio, observationem legis esse impossibilem, nullam vim merendi inesse bonis operibus, per se ipsam fidem in Christum atrocissima quævis scelera remitti, uxores debere esse communes, nullam copulam nisi cum Filia esse illicitam, fas esse uxores repudiare propter morositatem, sterilitatem &c. omnia opera esse reipsa peccata, usuram esse licitam, ex quibus doctrinis via aperta est ad summam libertinariam & gravissima peccata committenda, ita quidem, ut ipse Lutherus in colloq. mens. inter alia dixerit: sic corrodentur opibus, & opprimendis, expilandisque hominibus inveniunt sunt nostri, ita student avaritiæ, furantur, prædantur sub Evangelii nomine, ut me pudeat. Calvinus verò in l. de prebendalo dixerit: Turba nostra tota est adeò sceelerata ac prodigiosa, ac belluina, ut nemo sana mente præditus de ea cogitare sine horrore possit? quis nescit, quàm infelici morte perique Hæresiarchæ obierint? Simon Magus, primus Hæresiarchæ nostræ Hæresiarcha, dum Romæ certamen cum sanctis Apostolis Petro & Paulo in conspectu Populi Romani, Imperatoris imperante suscepit, in aëra elatus, precibus coram Apostolorum dejectus, ac terræ allisus obiit. Montanus



Priscilla laqueo sibi mortem consciverunt. Arius cum Constantino in publicum Conventum, praesente ipso Imperatore Constantino, hilaris procederet, maximam hominum carerem stiparum, in via naturali necessitate compulsus ad aliam purgandam secessit, ibique divino supplicio correptus intestina effudit. Manes Manichaeorum primipilus vivus à Regem Persarum exustus est, quod pollicitus esset, se Filio illius sanitatem restitutum, & causa fuerit mortis illius visus. Ebron balnei improvisam ruinam oppressus est. Donatistae circumcelliones è turribus rupibus & aliis eiusmodi locis seipso precipitarent, aut aliam simili ratione mortem sibi consciscerent. Nestorius lingua vermibus corrosa obiit. Photius Auctor dissidii inter Latinos & Graecos exorti, à Leone Philoposo spoliatus omni dignitate, & in monasterium Armeniarum relegatus miserrime decessit. Marcus Ephesinus, qui Concilio Florentino semper obstetit, eructans ex ore stercore, dirisque Cruciatibus afflictus, interiit. Lutherus cum miserè lautè cenasset, ac latus somno se dedisset, eam nocte suffocatus, vel à Dæmone, vel, ut familiaris quidam ipse, qui cum puer illi serviebat, testatus est, à seipso, miserè vitam exit. Oecolampadius & Carlostadius praecipui Lutheri optimi Discipuli noctu, dum dormirent, improvise sunt strangulati. Buccro animam agenti horrendus daemon adstitisse dicitur, qui eundem lecto deturbavit. & effusus per cubiculum intestinis, Animam ad tartara avexit. Calvinus quatuor annis novem morbis dirissimis, videlicet cholicam, dolore articularum, calculo, haemorrhoidibus, febre, astmate, hemiplegia, pithuita, sanguinis vomitione miserè excruciat, deinde à pediculis consumptus infelicissimè obiit. Zwinglius in praelio ducens agmen à Catholicis Helvetis interemptus, & combustus est; quae omnia Thomas Bozius de sign. Eccl. l. 23. c. 96. variorum Authorum testimonio confirmat: simulque circa finem capitis plures, quam quadraginta sanctissimos viros Catholicæ nostrae Religionis enumerat, qui omnes integros Populos ad nostram Religionem traducerent, & omnes morte tam prodigiis, quam sanctitatis fama illustri obierunt. Quis ergo sibi persuadeat, DEVM magis eiusmodi nequissimis hominibus, quam doctissimis hisce, sanctissimis, fortissimisque viris ad propagandam Catholice



cam fidem usum fuisse? quis non exosam & suspectam habet doctrinam, quam tot dissensionum, confusionum, & enormium vitiorum Authores tradunt? maximè cum ipse Lutherus in l. de abroganda missa dicat: Quoties mihi palpitavit tremulum cor, & reprehendens objecit fortissimum illud argumentum: tu solus lapis? tótne errant universi? tanta secula ignoraverunt? quid si tu erres, & tot in errorem trahas accidentaliter?

## CAPUT III.

QUA RATIONE CONTRA FRIGIDOS  
HÆRETICOS PUGNANDUM SIT.

I. Quod olim, teste S. Luca c. 14. hominibus ad cenam magnam à se paratam multos invitanti evenit, ut scilicet licet omnes, quando à servo venire jubebantur, se se excusare cœperint; hoc ipsum etiam non rarò Theologo polemico ad cenam magnam in Catholica Religione præparatam invitanti contingere solet, ut scilicet & ipse audire cogatur: Villam emi, vel uxorem duxi, vel aliud impedimentum habeo: rogo te, habe me excusatum. Quare vel maximè etiam ad eandem pertinet, ut solida argumenta sciat, quibus frivolorum excusationes efficaciter refutare, & si quidem non omnino finem suum obtineat, saltem id efficere queat, ut, ubi inanitatem suarum excusationum ipsis ostenderit, dicere illis quando de iis coram Supremo Judice possit, quod Christus Joan. 15. de Judæis dixit: *Si non venissem, & locutus fuissetis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Quænam autem sint excusationes illas, quas afferre plerumque solent frigidi Hæretici, & quomodo sint refutandæ, hoc capite pro instituto breviter ostendetur.

## §. I.

## De prima excusatione frigidorum Hæreticorum.

I. Prima excusatio eorum, qui veritatem quidem Catholicæ Religionis cognoverunt, sed eandem tamen ad amplecti tergiversantur, est, quod nostra Religio ab omni



bus vitis abdicat, omnes voluptates prohibeat, & præterea multa alia difficilia valde opera imponat, qualia sunt, toties peccata sua gravia Sacerdoti confiteri, peregrinationes instituere, & similia. Quam excusationem sequentibus rationibus efficaciter refutare poterit Theologus polemicus.

II. Inprimis ostendat, ex hoc ipso capite veritatem & securitatem nostræ Religionis colligi, cum Christus Matt. 7. dixerit, angustam esse portam, quæ ducit ad vitam, & paucos esse, qui inveniunt eam, difficultate scilicet Christianæ vitæ obterritos. Sed & apud eundem Evangelistam c. 7. addidit, 2 diebus Joannis Baptistæ usque nunc regnum cælorum viis patitur, & violentos rapere illud.

III. Secundò ostendat, etiam eas Religiones, quæ plebani vitis libertatem concedunt, suis miseris & afflictionibus non carere. Sic enim 1. testatus est Salomon Eccles. c. 7. dicens, se non prohibuisse cor suum, quin omni voluptate præteretur, & tamen in his omnibus non nisi vanitatem, & afflictionem animi reperisse. Testatus est idipsum 2. S. Augustinus l. 6. conf. c. 6. dicens; *patiebar in eis* (cupiditatibus) *amarissimas difficultates*. Causam verò in iisdem Confessionibus reddidit his verbis: *Iussisti, Domine, & sic est, ut veris animus inordinatus sibi metipsum sit pœna*. Testatus est idem 3. piissimus Thomas Kemp. l. 2. de imit. Christi c. 4. dicens: *Si est alicubi tribulatio & angustia, hoc melius novit mala conscientia, qualem vel maximè habent, qui veritati æque contradicunt*. Testatus est 4. Seneca ep. 28. dicens: *Quis hostis in quemquam tam contumeliosus fuit, quam in quosdam voluptates suas? quidam se voluptatibus immergunt, quibus consuetudinem adductis carere non possunt: ob hoc miserantur, quod eo pervenerint, ut illis, quæ supervacua fuerunt, facta sint necessaria. Serviant itaque voluptatibus, non fruuntur, & mala sua, quod malorum ultimum est, amant*. Clariùs verò in epist. 51. idipsum explicat, dum ait: *Multò difficilius est parere ista, quæ faciitis. Quid enim quiete animi otiosius? quid otio laboriosius? quid clementiâ remissius? quid crudelitate negotiosius? vacat pudicitia, libido occupatissima est*.

IV. Tertiò ostendat, facilia esse omnia, quæ Catholica Religio præcipit, si cum iis mediis, quæ eadem Religio ad lenien-



leniendam difficultatem offert, conferantur, qualia sunt 1. Uberrima gratia, quæ tum per Sacramenta, tum per alia media obtinetur. 2. Indulgentiarum thesaurus, qui in sola Catholica Ecclesia reperitur, & copiosè distribuitur. 3. Tot adhortationes, quæ à tot, tamque variis Pastoribus, uti & per libros spirituales fieri solent. 4. Tot & tam varii Status, Religiones, & Congregationes, quæ iterum in sola nostra Ecclesia reperiuntur. 5. Tot consolationes & delectationes spirituales, quas DEVS animæ copiosè infundit, uti quotidiana experientia testatur. 6. Tot saluberrima exempla, quæ passim à Sæcularibus & Religiosis proponuntur, & facile ostendunt esse, quod à tam multis cum insigni alacritate, gaudioque factum conspicitur. 7. Tam ampla merces in hac & altera vita promissa; si enim Jacobo Patriarchæ quatuordecim anni in laboribus & molestiis gravissimis excoidebantur dies pauci præ amoris, quo Rachelem deperibit magnitudine; quidni majorem vim habeat spes præmii celestis ad omnem vitæ Christianæ amaritudinem temperandam? Certè ob hanc causam Christus Matt. c. 11. dixit: *jugum suum suave, & onus leve esse.*

V. Quartò ostendat, etiamsi aliqua difficultas in Catholica Religione reperiat, eam tamen tam grandem & insuperabilem videri non debere, utpote quam tam multitudineque infirmiores superariat. Quis enim ignorat, quanta pro fide Catholica defendenda tot tenerrimi Pueri & Puella, aut certè tenerrimæ complexionis viri ac mulieres sint passim quàm gravem & diurnam penitentiam susceperint ut millia Religiosorum tam virorum, quàm mulierum? In quibus quàm gravia & prope intolerabilia ex necessitate, aut certè spe vanissimi alicuius honoris aut voluptatis consequenda passim tolerant ipsi Hæretici aut Ethnici? an non ergo quæque sibi in talium consideratione dictum putabit, quod olim S. Augustino de castitatis servandæ possibilitate desperanti Continentia Pueris & Puellis stipata dixit: *Tu non potes quod isti, & ista? an verò isti & ista in semetipsis possunt, & in Domino DEO suo? Dominus DEVS eorum me dedit eum, & in te stas, & non stas? proice te in eum, & noli metueri; non subtrahet, ut cadas. proice securus, excipiet, & sanabit te.*



## §. II.

## De secunda excusatione frigidorum Hæreticorum.

I. Secunda excusatio frigidorum Hæreticorum est, quod si Catholicam Religionem amplecti velint, gravia damna in rebus temporalibus pati cogantur, dum scilicet vel à Parentibus omnino necessario Patrimonio privantur, vel certè à Magistratu hæretico possessione suorum bonorum spoliantur. Contra quam excusationem sequentia opponat argumenta Theologus Polemicus.

II. Primò ostendat, etsi certum foret, omnium divitiarum & bonorum temporalium jacturam pati eos debere, non tamen propterea propositum Catholicæ fidei amplectendæ deferendum fore; quid enim prodest homini, si universum Mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patitur?

III. Secundò ostendat, in tali casu ob oculos versari debere primorum Christianorum exemplum, qui, teste Apostolo ad Hebr. 10. rapinam bonorum suorum cum gaudiis sustulerunt, cognoscentes, se habere meliorem substantiam in celo preparatam.

IV. Tertiò ostendat, non admodum timendam esse incertam, si generoso animo propter Deum paterna & fluxa bona dimittant; si enim Christus Matt. 19. Centuplum promittit illis, qui propter ipsum reliquerint Patrem, Matrem, Fratrem, Filios, agros &c. quis potiori jure hoc centuplum expectet, quàm is, qui propter veram fidem omnibus suis bonis spoliatus est? an non hic verè quærit Regnum Dei, & justitiam ejus, atque adeò meritò sperare potest, etiam necessaria juxta promissionem Christi adjectum iri? an non tamen verè timet Deum, atque ideo meritò solari se potest illo S. Davidis vaticinio ps. 33. *Timete Dominum omnes Sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.* Si enim Christus tunc corporeis pedibus ipsum sequentis misertus est, cique victum tam abundantem providit, quantò magis illis, qui per veram fidem ipsum secuti fuerint, necessaria deesse non patietur? Certè experienciâ constat, Deum singulariter



ejusmodi Personis providisse, effecisseque, ut frequenter melius ipsis prospectum fuerit post fidem Catholicam susceptam, quam ante talem suspensionem provisum fuerat.

V. Quartò ostendat, etiam modicas illas opes, quæ post Religionem veram susceptam retinebunt, vel obtinebunt, plus ipsis profuturas, quam si nescio quas divitias possiderent; cum, teste Davide Ps. 36. Melius sit modicum iusto super divitias Peccatorum multas; & teste S. Paulo I. Tim. 4. pietas (& vera Religio) ad omnia sit utilis promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & in futuro. Ut adeo meritò applicare sibi illa Tobix Senioris verba possint. *Noli timere, Fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.* Jactent itaque super Dominum curam suam, & ipse eos enutriet.

### §. III.

#### De tertia excusatione frigidorum Hæreticorum.

I. Tertia excusatio est; quòd Parentes & Amici debendi, aut etiam graves ab illis, aliisque Acatholicis persecutiones timendæ sint; contra quam per sequentes rationes pugnandum erit.

II. Primò ostendat, hinc ob oculos versari debere illam Christi Luc. 14. sententiam: *Si quis venit ad me, & non odit Patrem suum, & Matrem, & Vxorem, & Filios, & Fratres, & Sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Certè si eos, postquam Inimici in bonis temporalibus facti essent, & vitæ corporali insidiarentur, ultro & sine difficultate desererent, multò magis nunc, dum vitæ Spirituali bonisque æternis spoliare, damnùmque inferre parabile inferre conantur, promptè, alacritèrque deserendi erunt.

III. Secundò ostendat, exiguam censeri debere iacturam, ubi pro Parentibus & Amicis carnalibus ipse Deus Parentem & Amicos se & Sanctos suos offert, & quidem ab illis sperari poterat, centuplicato scènore compensat: enim Matt. 19. promisit, dum Patrem & Matrem propter



delinquentibus centuplum & vitam æternam promisit. Unde merito cum Davide ipsi exclamare Pl. 26. poterunt, *Pater meus & Mater mea deliquerunt me: Dominus autem aspersit me.*

IV. Tertiò ostendat, neque persecutiones eorum admodum timendas esse; cum inprimis præsidio ipse Deus sit tutus. Si autem Deus pro ipsis stabit, quis contra ipsos hæc poterit? Audiant quoque S. Petrum 1. c. 3. dicentem: *Es quis est, qui noceat vobis, si boni amulatores fueritis? an uno diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum?* Rom. 8. Deinde verò neque novum, neque difficile videri debet ejusmodi persecutiones tolerare, cum ipse Christus Jo. 15. prior illas sustinuerit, & exemplo suo lenierit, ideòque merito Apostolos suos ad illas æquo animo tolerandas sequentibus verbis præpararit: *Si mundus vos odit, scitote, quia me prioribus vobis odio habuit. Mementote sermonis mei: Non est servus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Credant ergo sibi quoque dictum ab illo, quod Matt. 5. Apostolus dixit: Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversus vos inveniunt propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.*

## §. IV.

## De quarta excusatione frigidorum Hæreticorum.

I. Quarta excusatio horum Hæreticorum est, quòd duntaxat avitam, & à Majoribus acceptam Religionem deserunt, maximè cum ipse Deus Deut. 32. dixerit: *Interrogabo Patrem tuum, & annuntiabit tibi: Maiores tuos, & dicent tibi.* Quam excusationem ut efficaciter refutet Theologus Polémicus, sequentia adhibebit argumenta.

II. Primò ostendat, hoc impedimentum usque adeò terrene non debere, ut potius ad Catholicam fidem allicere debeat; si enim ipsi Hæretici fidem & Religionem à Majoribus suis acceptam tenendam esse putant, cur non potius eam, quam antiquiores Majores tenuerunt, approbant, & recipiunt? an non illis potius attribui poterit illad Deuteronomi



nomii 32. *Novi, recentisque venerunt, quos non coluerunt Patres eorum?*

III. Secundò ostendat, si Majores suos non sequentes consent in vitiis, aut aliis factis minùs honorificis, cur ipsi imitandos putant in dogmatibus falsis tenendis, & viam infernum calcandâ?

IV. Tertiò ostendat, hîc potiùs ob oculos habendam esse illud Jeremiæ 6. *Stare super vias vestras, & videte, & interrogate de Semitis antiquis, qua sit via bona, & ambulabitis in ea, & invenietis requiem animabus vestris.*

## §. V.

## De quinta excusatione frigidorum Hæreticorum.

I. Quinta, eaque politica excusatio est, quòd inconstantia turpis nota timenda sit, si fides semel suscepta deseratur, & Catholica arripiatur, maximè cum probabile modum sit, quemvis in sua fide salvari posse. Contra quam excusationem sic pugnet Theologus polemicus.

II. Primò ostendat, si turpe est fidem semel susceptam deserere, cur Lutherò, Calvino, aliisque suis Patriarchis probrosam non ducant, quòd à fide Catholica, quam tam longo tempore tenuerant, tum perfidè, turpiterque discedunt? cur illos velut perfidos sequi non erubescant?

III. Secundò ostendat, non esse constantiam laudabilem, sed Diabolicam pertinaciam, nolle ab errore agere discedere, nam, ut S. Augustinus S. 22. de verb. Apost. diabolicum est per animositatem in errore permanere; diaboli enim proprium est, à malo, quod semel elegit, ratione divelli.

IV. Tertiò ostendat, experientiam satis probare, quòd laudabilis potiùs, quàm reprehendenda sit hæc mutatio, cum S. Ambrosius, D. Augustinus, S. Paulus, & infiniti alii Religionem Catholicam, à qua priùs vehementer abhoruerunt, cum summa laude & honore sint amplexi; unde etiam S. Augustinus ep. 48. *hoc, ait, est illud, quod Scriptura tacuit; est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Confusio adducit peccatum, cum*



habet quique pravam mutare sententiam, ne aut inconstans  
 putetur, aut diu errasse se ipso iudice fateri teneatur. Confusio  
 autem adducit gratiam & gloriam, cum erubescit quisque de  
 propria iniquitate, & penitendo in melius commutatur. Un-  
 de vel ab Ethnico discendus est contemptus ejusmodi judi-  
 ciorum, dicendumque cum Seneca ep. 77. *Aquo animo au-  
 denda sunt imperitorum convitia; plerumque boni inepti & in-  
 iuri vocantur; mihi contingat iste derisus.*

V. Quarto ostendat, verum non esse, quod quisvis in  
 sua fide salvari possit, cum planè repugnantia doceant no-  
 stra Catholica, & ipsorum Hæreticorum fides, atque adeo  
 veritatem, quæ est præcipua veræ Religionis proprietas, ha-  
 bere non possint. Adde, quod, si judicant, in nostra etiam  
 Religione salvari quem posse, hoc ipso illam, (si quidem  
 præceter agere vellent) amplecti deberent, utpote quæ &  
 iuxta ipsorum, & juxta Catholicorum opinionem secunda est  
 via, cum tamen ipsorum Religio ab ipsis tantum tuta esse  
 creditur, à Catholicis verò omnibus, imò & plurimis etiam  
 Hæreticis tanquam fallax, & in certissimam perniciem du-  
 cenda rejiciatur.

## §. VI.

De Sexta excusatione frigidorum Hæ-  
 reticorum.

I. Sexta excusatio est, quod in Ecclesia reperian-  
 tur varia Schismata; nam 1. in antiqua Ecclesia conten-  
 to solo Symbolo Apostolorum diversissimas cæremonias  
 & consuetudines in Sacramentorum administratione habe-  
 bant. 2. In Ecclesia Corinthiaca diversas fuisse sectas te-  
 statur D. Paulus. 1. ad Cor. 3. dicens, alios dixisse: Ego sum  
 Apollus. 3. Inter ipsos Apostolos Petrum & Paulum, dum  
 cæremonias legales imponere Gentibus voluit, hic  
 non imponendas contendit, non leve schisma fuisse, ex actis  
 Apostolorum constat. Sed hanc excusationem facillè refu-  
 tabit, si sequentia afferat responsa &  
 II. Primò ostendat, has omnes contentiones & diver-  
 sitates non fuisse de aliquo articulo fidei jam promulgato,  
 sed tantum de cæremoniis nostræ Religionis, in quarum de-  
 cisione



cisione standum esse iudicio Ecclesiæ omnes semper Catholici sunt facti.

III. Secundò ostendat, nullam facillè exituram gentem aut sectam, in qua non opinionum & iudiciorum diversitas interdum reperiatur; satis autem infallibilitatem nostræ ex eo probari, quòd in substantialibus omnes conueniamus, & in omnibus controversiis infallibilem Iudicium habeamus, cuius iudicio & definitioni omnes acquiescere debeant.

### §. VII.

#### De septima excusatione frigidorum Hæreticorum.

I. Septima excusatio est, quòd multa vitia reperiuntur inter Catholicos, qualia sunt Pontificum ambitio, et arrogant sibi supra ipsos Reges & Imperatores auctoritatem Cardinalium fastus & luxus: Episcoporum in grege locustodiendo socordia: Sacerdotum libido & incontinentia, quibus omnibus tanquam radice tam multa schismata, heresésque sunt exorta. Contra hanc excusationem loquitur Theologus polemicus.

II. Primò ostendat, etiamsi negari non possit, vitiosos frequenter mores in Ecclesia inter Ecclesiasticos fuisse, pertos, multa tamen iisdem per calumniam attribui, dum Augusta Majestas pro ambitione, decor dignitatis pro fastu habetur; certè passim constat, plures longè reperiiri in Ecclesia, qui vitam Clericali dignitati ac statui conformem constituant.

III. Secundò ostendat, etsi hæc omnia vera fore non tamen propterea veritati nostræ quidquam per illa derogari; cum non fides per hæc, sed mores credentium culpantur; unde Christus apud Matt. c. 23. dixit: *Super Caput dram Moysis sederunt scriba & Pharisei; omnia ergo, quae cunque dixerint vobis, servate, & facite; secundum opera autem illorum nolite facere.* Certè non propterea, quòd in Zizania in agro reperiuntur, etiam triticum spernendum est: neque propterea, quòd domus aliqua vitiosis & rimmundet, penitus evertenda est; sed potius emendanda.



que reformatione indigent, & ipsum corpus in antiquum  
 statum reducendum est. Patet ergo, neminem Hæretico-  
 rum habere sufficientes causas, ob quas Religionem Catho-  
 licam non amplectatur, atque adeo fateri debere cum Re-  
 gis Psal. 50. *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci,*  
*iniquificavi in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.*

## P A R S III.

DE THEOLOGIA DE-  
FENSIVA.

Primo hoc loco potissimum erit de privata disputatione  
 vel conferentia, in qua quandoque Theologus Polemi-  
 cus contra unius aut plurium impugnationem defendere  
 debet; nam publicas & solemnes disputationes cum Hæreti-  
 cis instituere rarò expedit, cum plurima illi habeant effu-  
 sa sineque garruli, clamosi, & jactabundi; unde imperitus  
 Auditor & Judex facilè illis palmam adscribit, non sine Re-  
 gionis nostræ aliqua infamia. Quòd si tamen aliquando  
 cum illa ob graves causas suscipienda videretur, ea ipsa  
 præcepta, quæ in hac parte pro privatis disputationibus aut  
 Conferentiis ritè instituendis suggerentur, ad publicas quo-  
 que disputationes facilè transferri poterunt.

## C A P U T I.

DE GENERALIBVS PRÆCEPTIS IN DI-  
SPVTATIONE VEL CONFERENTIA  
CVM HÆRETICIS OB-  
SERVANDIS.

Multa quidem præcepta à variis Authoribus præscri-  
 buantur ad privatas ejusmodi disputationes vel con-  
 ferentias fructuosè instituendas, sed ea ferè omnia ad se-  
 ptuaginta septem revocari possunt.

I. Primum itaque præceptum est, ut status quæstio-  
 nis accuratè semper præ oculis habeatur, & retineatur; hunc  
 quippe Hæretici non rarò malitiosè pervertunt, ut à scopo  
 abducant disputantem, & habeant, quod oppugnent. Hinc  
 quando



quando v. g. disputant, de communione sub utraque specie, proponunt hanc quæstionem, an Christus dederit Lutheranis potestatem sub utraque specie communicandi? cùm tamen non hoc quæratur, sed an Christus præceperit communionem sub utraque specie.

III. Secundum præceptum est, ut forma Dialecticæ rigidè observetur, ideòque, si ipsi Hæretici sua argumenta in forma non proponant, ea à Theologo Polemico in formam redigantur; quia multa verborum fūco ornata, & desitis S. Scripturæ sententiis stipata nescio quam argumenti speciem præferunt: quæ tamen ad libellam formæ Dialecticæ examinata pondus legitimum non habere depræcanduntur.

IV. Tertium præceptum est, ut omnis responsio brevis sit; quia longis verborum ambagibus obscuratur solutio argumenti; poterunt tamen, quæ ab initio dicta sunt, postea pluribus explicari, si opus videatur.

V. Quartum præceptum est, ut ante alias quæstiones si fieri commodè potest, mox eligatur primaria & fundamentalis quæstio de Jūdice controversiarum; si enim legitime probetur, Ecclesiam nostram esse veram Ecclesiam, & Jūdicem controversiarum, hoc ipso victoria jam obtinetur, est in aliis controversiis, utpote quæ omnes ab ipsa Ecclesia sunt definitæ.

VI. Quintum præceptum est, ut intra disputationem non moveantur controversiæ de rebus non necessariis, ad propositam quæstionem aut scopum non pertinentibus; alioqui enim status quæstionis facile deseritur, & inurbæ contentiones exoriuntur, id quod vel maximè intendunt Hæretici.

VII. Sextum præceptum est, ut ab omnibus verborum asperorum, aut convitiarum aculeis, aut concitatiōni, odiique indiciis sedulo absteineatur; multò minus v. Adversariis quasi jam convictis insultetur, & triumphante victoriam canatur. Quòd si verò ipsi perturbatos se ostendant, variæque convitia & aculeata dictoria profusa ea prudenti potius dissimulatione, aut modestâ refutatione quam mutua concitatione, asperis que verbis & inconditis amoribus repellantur.



VIII. Septimum præceptum est, ut, cum multo difficilius sit probare, quam respondere, non statim suscipiatur onus probationis, sed ab Adversariis postuletur, ut contrarium nostris articulis probent; cum enim nos utpote antiquiores fidei possessores præscriptionis jure gaudeamus, ut videtur Tertullianus l. i. de præscript. contra Hæret. merito ab his potius exigitur probatio, quam à nobis. Neque illicite possunt, quod juxta receptum axioma affirmanti incumbat probatio, nam hoc tantum intelligendum est, quando unus tantum affirmat, quod negat alter; non autem, quando uterque aliquid affirmat, quod alter negat, uti in præsentis casu contingit, in quo affirmant Hæretici, Solam Scripturam esse verbum divinum, suam Ecclesiam esse reliquis præferendam &c. in tali enim casu illi incumbit probatio, qui non est in possessione.

CAPUT II.

DE SPECIALIBVS PRÆCEPTIS IN DISPUTATIONE VEL CONFERENCE OBSERVANDIS.

Præcepta in priori capite allata in genere duntaxat ostendunt, quâ ratione Theologus Polemicus cum Hæreticis disputare possit. Nunc quoniam illi Specialia præcepta tum ex S. Scriptura, tum ex SS. Patribus (quantum illis hi favent) tum ex frivolis quibusdam rationibus petita afferre solent, merito etiam specialia præcepta, quæ circa hæc argumenta observare convenit, Theologo Polemico sunt offerenda.

I. Primum itaque præceptum ad argumentorum ex Scriptura petitorum solutionem pertinens in eo consistit, ut in primis diligenter attendatur, an textus, qui ab Adversariis citatur, in vulgata Bibliorum versione, quæ semper pro authentica ante Hæreses exortas est habita, integrè repetatur; si enim constet corruptum esse, aut, sicut frequenter facere solent Hæretici, non integrè ac fideliter citatus sit, non repellendus ejusmodi textus, aut integrè eisdem obtrudendus erit. Deinde ut, si sensum aliquem vel interpretationem alicujus textus S. Scripturæ à Catholica interpretatione

R tione





tione diversum afferant, jubeantur ex S. Scriptura ostendere, quòd illa interpretatio sit genuina potius, quam adulterina explicatio. Denique ut, si ipsi petant, nostros articulos, quos ex sola traditione accepimus, ex S. Scriptura probari, mox ostendatur iniquitas postulationis, cum hæc sit principalis controversia, an nihil aliud, quàm quod in S. Scriptura continetur, credendum sit, adeoque iniquum merito censeatur, petere, ut sine probatione concedatur, quod ipsi probare non possunt; uti rectè Tertullianus l. de præscript. c. 19. advertit, dum dixit; *Non ad scripturas provocandum est, nec in his constituendum certamen, in quibus nulla, aut in certa victoria est; nam etsi non evaderet colunt Scripturarum, ut utramque partem susteret, ordo rerum distulerat, illud prius proponi, quibus competat fides ista, tunc sint scriptura: à quo, & per quos, & quando, & quibus prætradita disciplina, quæ sunt Christiani; Vbi enim appareret esse veritatem disciplina & fidei Christiana, illic erit veritas scripturarum, & expositionum, & traditionum omnium Christianarum.*

III. Secundum præceptum ad SS. Patrum auctoritatem spectans in eo consistit, ut, si eisdem Adversarii per opinionem citent, imprimis videatur, an libri illi, quos citant, adulterini non sint, quales hodie multi circumferuntur. Deinde liber ipse petatur; nam, ut bene quidam advertit, tam multa & mirabilia apud Patres reperuntur, ut planè interdum hæretica videri possent, nisi ex antecedentibus & consequentibus contrarium colligeretur. Deinde diligenter etiam tempus, quo ille S. Pater, qui aliquam doctrinam Hæreticis faventem proposuit, vixit, & scriptum est, considerandum est; neque enim negari potest, aliquos Patres sententias aliquas docuisse contrarias illis, quæ postea in Ecclesia pro articulis fidei propositæ sunt. Quòd si verum nus omnino etiam errasset, eidem opponantur plerique Patres contrarium sentientes, semperque Adversariis in memoriam revocetur doctrina supra tradita, nempe quòd si quam SS. Patrum auctoritatem Metaphysicè aut moralitè infallibilem esse dicamus, nisi quando eorum doctrina in Ecclesiæ doctrina coheret, aut ab ea approbatur, & quando ipsi unanimiter aliquid affirmant, aut certè aliqui



rum, reliquis non contradicentibus tradunt aliquam doctrinam.

IV. Tertium præceptum ad argumenta ex ratione petita pertinens, est, ut in primis, si ex ratione vel autoritate humana argumentari velint, mox excipiantur contra hunc modum argumentandi, utpote minus convenientem illorum generali principio ac fundamento, quo dicunt, nihil esse credendum, nisi quod in scriptura continetur. Deinde diligenter attendatur, an ritè cohæreant eorum rationes; cum enim in hac cohærentia frequenter ad modum deficiant Hæretici, ideo Theologus Polemicus Samsonem imitari docet, & sicut ille Vulpes caudis alligatas & accensas in Hostium messem immisit, ita ipse doctrinas Hæreticorum in cauda, id est, vitiosâ cohærentiâ colligare, seu falsas ostendere, atque in ipsos retorquere debet. Denique ut, si quidem velint efficaciter ex ratione argumentari, tali aliquo fundamento aut medio termino probent, suam Ecclesiam esse veram Ecclesiam, se habere veram S. Scripturam, & legitimum sensum illius &c. quo non æquè utantur, aut ut queant Hæretici, quos illi constanter rejiciunt, quod tam facere non possint, meritò hic modus illos refutandi & convincendi, uti expeditissimus & facillimus, sic etiam efficacissimus semper fuit habitus, ideòque à P. Jodoco Kedd olim sumo maximo fructu usurpatus.

### C A P I T U L U M III.

#### DE PRÆCEPTIS IN ACTUALI RESPON- SIONE AD HÆRETICORVM OBIE- CTIONES CIRCA PARTICVLARES CONTROVERSIAS SER- VANDIS.

Quandoquidem Hæretici, teste S. Hieronymo in epist. ad Cypr. araneis similes sunt, qui infirmis suis, quæ pedibus expandunt, retibus parva quidem animalia capiunt, fortioribus autem nocere non possunt; ideo Theologus Polemicus diligenter se in privatarum controversiarum studio exercet, ut tantò facilius & felicius fallaces Hæreticorum aranea-



araneorum telas perumpere, & evertere possit. Quem in finem sequentia præcepta non modicè conducent.

II. Primum est, ut, cum amplum nimis Controversiarum sit studium, difficilèque meritò accidere possit, si ad omnes omnino se pro dignitate præparare debeat, diligenter inquirat, quænam in illo loco vel Patria in quâ moratur, hæreses potissimum vigeant, atque in illis privato studio excutiendis præcipuè se exercent. Quales in nostra Germania, ubi cum Lutheranis, Calvinisticis, Zwinglianis, & Politicis quemlibet in sua fide salvari posse asserentibus præcipuè pugnandum est, præ reliquis cæteris hæreses, quòd quivis in sua fide salvari possit, quòd Scriptura utpote clara sit Judex Controversiarum; quòd Pastor non Pastor sit Ecclesiæ, sed Antichristus; quòd homo baptizatus per solam fidem, non autem per bona opera justificetur: quòd communio necessariò sub utraque specie fit peragenda: quòd Ministris Ecclesiæ omnibus liceat uxores ducere: Sacrificiùm Missæ & cultus Sanctorum aut imaginum sit superstitio & idololatria: quòd nullum detur Purgatorium.

III. Secundum præceptum est, ut bene cognoscant generalia principia, quibus Hæretici sua dogmata stabiliri solent, qualia sunt præcipuè textus S. Scripturæ percepti intellecti, nam, ut bene Besseus Dom. 8. post Pent. advertit, Hæretici Gabaonitis sunt similes, dum Afinos suos, id est, Ministros pane suo onerant, & vestes vetustas S. Scripturæ præferunt, quasi qui longè à primitiva Ecclesiâ vererent, hinc multi Christiani hoc dolo decepti sunt, quia de barbariis eorum, id est, doctrinis acceperunt, & os Dominici est, Pastores suos non interrogaverunt. Quæ rediligenter Theologus Polemicus fallacias, quas in ejusdem S. Scripturæ interpretatione committunt, quæque ad sequentes tanquam præcipuas revocari possunt cognoscere studeat.

I. Est, quòd particulas aliquas restrictivas pro libitu adhibent sic Lutherani ad illum textum Apostoli ad Rom. 3. *Arbitratur hominem iustificari per fidem sine operibus: particulas solam* adjiciunt. Item illa Christi verba Jo. 5. *Servate Scripturas*: de Sola Scriptura interpretantur, cum tamen eadem Christus etiam aliis tribus testimoniis probet se esse



licam Dei. 2. Est, quod ad materiam seu rem, de qua sermo est, non attendant. Sic illa Apostoli verba ad Eph. 2. *gratia salutis estis ex fide, & non ex operibus*: de operibus novæ legis explicant, cum tamen de Cæremonialibus veteris legis locutus sit Apostolus. Item illud ejusdem Apostoli ad Col. 2. *Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum*: de traditionibus divinis & Apostolicis interpretantur, cum tamen Apostolus ibi de solis traditionibus Judæorum vel Gentilium locutus sit. Item illud ad Galat. 1. *Si quis evangelizaverit, præter id, quod accepistis, anathema sit*: universim ad omnem doctrinam quæ extra Scripturam reperitur, extendunt; cum tamen, ibi Apostolus de certa duntaxat materia loquatur, scilicet de circumcisionis abrogatione, aliisque cæremoniis Mosaicis. 3. Est, quod ad Personas quoque non attendant: sic illa verba Christi Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*: Item illa Matth. 26. *Bibite ex hoc omnes*: ad omnes homines extendunt; cum tamen de solis Apostolorum intelligenda sint. Item illa Marci 16. *Qui non crediderit, condemnabitur*: universaliter de omnibus hominibus interpretantur, indeque parvulis actualem fidem necessariam esse concludunt; cum tamen de solis adultis ratione præcipi intelligi debeant. Sic etiam illa verba Isaïæ c. 41. *Benedixit malis, si potestis, facite*: crasse ad eliminandum hominis liberum arbitrium usurpant, cum tamen ibi Propheta non de hominibus, sed idolis loquatur. 4. Est, quod neque ad tempus semper attendant: hinc illam Christi sententiam Matth. 25. *Ubi hi ad supplicium, æternum, iusti autem ad vitam æternam*: assumunt ad veritatem de Purgatorio referendum; cum tamen ibi Christus non de tempore præsentis, sed de eo, quod post extremum iudicii diem futurum est, locutus sit. 5. Est, quod etiam ad antecedentia & consequentia non attendant: hinc Deut. 32. illa verba: *Quod præcipio vobis: hoc tantum facite Domino: nec addas quidquam, nec minuas*: de S. Scriptura sola intelligunt, non confidentes, quod prius generatim de præceptis Mosaicis sermo factum. 6. Quod frequenter ad nuda verba, & non ad intentionem & sensum loquentis attendant: hinc illa verba Apostoli 1. Cor. 11. *Quotiescunque manducabitis panem hunc &c.*



de pane simpliciter permanente in Eucharistia intelligitur, quem tamen de pane in corpus Christi mutato intelligere deberent eo ferè modo, quo Christus dixit: *Casi videtur*. 7. *Quoddam crebrò à particulari ad universale argumentum*: hinc illa verba Apoc. 22. *Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas &c.* ad totam Scripturam extendantur, cum tamen ad solum illum librum pertineant. Item illa Christi verba Luc. 23. *Hodie mecum eris in Paradiso*: ad omnes homines applicant, indeque probare volunt, nullum purgatorium dari, cum tamen ad solum Latronem fuerit dicta. Item illud Ezech. 18. *Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur*: de omnibus peccatis dictum esse contendunt, indeque evincere volunt, nullum dari veniale peccatum, sed omnia mortalia esse; cum tamen Propheta ibi de his tantum peccatis locutus sit, quæ ex genere suo mortalia sunt, ut idolatria, adulterium, homicidium, & similia. 8. *Quod sæpe causam efficientem pro formali sumant*: sic articulum numerum Symboli Apostolici: *Credo remissionem peccatorum*, pro formali remissione accipiant, cum tamen ibidem per dono remissionis peccatorum, quod per baptismum & alia Sacramenta percipitur, sumatur. Pari modo etiam illud Pauli ad Rom. 6. *Per unius obediendum iusti constituti sumus*: sic explicant, ut per obedientiam Christi formaliter nos justificari asserant, cum tamen per illam meritotiter tantum iusti constituamur. 9. *Est, Quod æquiora verbi pro per versus sensum frequenter accipiant*. Sic illud 1. Tim. 1. *Iusto non est lex posita, sed iniustus, & non subditus*: quod de potestate legis coactiva intelligendum est, ipsi de directione potestate interpretantur. Item illud Ps. 31. *Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata*: sic explicant, ut peccata simpliciter velut per pallium tegi velint à Deo; cum tamen Deus ea velut Medicus per emplastrum tegat, & omnino tollat. Idem in illo textu S. Lucae 17. *servi inutiles sumus*. Quod Catholici sic interpretantur, dicant, nos servos inutiles esse, quia propriis viribus non possumus; nec DEO specialem utilitatem nostris bonis operibus asserimus: nec ullam mercedem exigere possumus, nisi DEUS sponte eam promississet ipsi verò Hæretici sic



plian, ne ex hoc textu nihil nos mereri apud DEVM contendant.

IV. Tertium præceptum est, ut non sit præceptum in respondendo, ne inepta aut miuus fundata responsione Hæretico triumphandi, & Catholicos cavillandi occasionem præbeat; sed potius, si solida & probata responsio non occurrat, ad commune effugium se recipiat, dicatque de Judice Controversiarum, quod olim in simili casu S. Macarius de suscitatione mortuorum dixit, ut supra vidimus; videlicet: *Non est in verbo regnum DEI, sed in virtute: eamus igitur ad sepulchra mortuorum etc.* aut potius ad Judicem Controversiarum Pontificem, & Ecclesie definitiones; ibi enim perfecta omnium dubiorum solutio reperietur.

### P A R S IV.

## DE MEDIIS AD THEOLOGIAM POLEMICAM ADDISCENDAM CONDUCENTIBUS.

TRIA præcipue media adhibenda videntur ad Theologiam polemicam facile, solidèque addiscendam, videlicet: *librosa* librorum de hac materia scribentium evolutio: *affidua* cum hostibus seu veris, seu fictis concertatio seu exercitio: *fructuosa* denique doctrinarum & principiorum ad hanc scientiam pertinentium annotatio, de quibus in hac parte breviter agetur.

### C A P U T I.

#### DE AUTHOREM LECTIOE.

UT hanc lectionem fructuosè instituat, ante omnia cognoscere debet, quinam Authores de hac materia *solidè, utiliterque* scripserint, quorum aliquos hinc breviter annotabo, non quòd illos aliis præferre velim, sed quia hi præceteris noti sunt, aptique videntur, ut solidè quis Theologiam polemicam addiscere possit.

I. Primus ergo Theologiæ Polemicæ Author & Illustrator jure meritò Card. Robertus Bellarminus censetur, qui nominis tribus bene magnis omnes ferè sui temporis Controversias



versas comprehendit, de quo opere Card. Petronius dixit, pluris à se fieri illud, quàm ullum opus aliud, quod ab anno mille sit editum pro Ecclesiæ defensione. Card. Baronius ceter esse propugnaculum. & turrim David ex qua mille clypeudent, & omnis armatura fortium, ut Hierusalem nostra adversus oppugnationes hostium defensa sit. Alii primarium antidotum contra hujus sæculi hæreses, murumque & animum domus DEI vocarunt. Imò & ipse Theodorus Beza, licet Calvinista, fassus est, hunc unum librum omnes hæreticos humi proturbare.

III. Gregorius de Valentia, quem Clemens VIII. Doctorum Doctorum appellavit, edidit utilissimam Analysis fidei Catholicæ libris octo comprehensam, quæ Hæreticorum fraudes insigniter detexit, & refutavit.

IV. Martinus Becanus Calvinio Mastyx, & Calvinistarum malleus dictus, scripsit utilissimum opus, quod *manuale Controversiarum* appellavit, quod circa ultimum vitæ suæ in accuratissimum compendium ipse redegit.

V. Edmundus Campianus Martyr Anglus rationes decem oblatis in causa fidei certaminis conscripsit, in quo erit quo libello vix credi potest, teste Bibliotheca Scriptorum Soc. JESU, quàm multa fidei dogmata paucissimis verbis perstringat: quàm eloquentiâ, ingenii vi ac perspicaciâ, quanto rerum coacervatarum numero ac pondere obrutum deversarios.

VI. Laurentius Forerus, eadem Bibliothecâ relictus, incredibili profligandarum hæresum Zelo succensus, libellique non minùs exosus Sectariis, quàm formidolosus Scriptis multos utilissimos libros in hac materia, præcipuè indifferantissimum, & Clypeum fidei.

VII. Adamus Tannerus Theologus doctissimus, & toto cum Hæreticis publico Ratisbonæ certamine famulos scripsit multos peritiles tractatus, sed præcipuè manducationem seu decem demonstrationes pro veritate Ecclesiæ Romanæ.

VIII. Christophorus Mayr vir doctissimus scripsit ob fidei controversias, ob quas solas plerique hoc tempore difficultatem habent redeundi ad Ecclesiam manifestè Catholicam, quas dum Joannes Hoferus refutare voluit, veritate præ-



pressus, Viennam confugit, & Catholicam fidem comple-  
tus est.

IX. Jodocus Kedd utilissimum opus Controversiarum  
germanico idiomate conscripsit; sed & Examen Lutheranorum  
alioque parvos tractatus, quibus Lutheranos mirabili-  
ter vexavit, publico typo commisit.

X. Christophorus Pflaumer vir in certaminibus cum  
Hæreticis in Palatinatu Superiore institutis celeberrimus e-  
dit perutilem librum germanico pariter idiomate exara-  
tum, quem *Vna, vera, bona fides* inscripsit; de quo libro per  
veterana colloquia, præcipua Theologiæ polemicæ funda-  
menta proponente doctissimi quidam Theologi dixerunt, se  
non videre, quid addi illi libro, vel demi queat.

XI. Vitus Erberman insignem libellum conscripsit,  
quo ostendit, omnes doctrinas Catholicas in S. Scriptura es-  
se fundatas, cujus textum semper è regione doctrinarum Ca-  
tholicarum ponit.

XII. Petrus Cottonus, qui multos Hæreticos conver-  
sit, scripsit succinctam, sed perutilem Controversiarum Epi-  
tomen.

XIII. Laurentius Hermanutius Societatis JESU Theo-  
logus libellum composuit, cui titulus est, *Clypeus Salutis* oder  
*Schildlein des Glaubens* / plerasque modernas Controversias  
succinctè, clarè, & solidè complectentem, ideòque pro omni-  
bus quidem, sed iis præcipuè, qui vel ipsi in Catholicis do-  
ctrinis instrui, vel alios instruere cupiunt, utilissimum, &  
propterea post primam impressionem anno 1594. Dilingæ  
librum merito sæpius recusum.

XIV. Præter hos alii quoque libelli Controversistici  
peritiles Dilingæ & alibi sunt impressi, quales exempli gra-  
tia sunt sequentes, qui omnes Dilingæ habentur venales ger-  
manico idiomate impressi. 1. *Auß H. Schrift vnd Götts-  
lichen Wort furger vnd wolgegründter Außzug / in welchem  
widerstehens Catholischen vnd Bueatholischen Glaubens Schrift-  
stücken deulich vorgetragen / vnd beantwortet werden.* Li-  
bellus sane utilissimus, & iis præcipuè, qui ab Hæresi ad no-  
stram Religionem transire volunt, instruendis aptissimus.

2. *Examen über das Fundament Lutherischer Religion* Authore  
P. Jodoco Kedd S. J. Libellus ob singularem, sed brevem &



efficacem Hæreticos oppugnandi modum specialiter commendandus. 3. Ejsdem Herzen Nührer vnd Nelligens Spiegel. 4. Catholischer Morgenstern / darbey jeder zu Standnuß des hellen Tags der Wahrheit leicht kommen kan. Geistlicher Bericht von dem hochwürdtigen Sacrament von einer oder beyden Gestalt. 6. Krafftzeil den gemeinen Mann im Catholischen Christlichen Glauben zu stärken. 7. Kurz vnderricht in etlichen Catholischen Glaubens Puncten. 8. Nothwendiger Bericht vnd vnderricht auff die Frag: wo sich geschrieben? 9. Unfehlbare Glaubens-Regel auß h. Schrift vorge stellt. 10. Wegzeiger den Catholischen Glauben zu erkennen / vnd wider allerley Sect zu verthädigen.

XV. Porro ut ex horum librorum & Authorum lectio-  
ne optatam utilitatem capiat, sequentes duas Regulas ob-  
servabit. Prima, ut, si fieri possit, semel saltem Authorem ab-  
quem omnes Controversias complectentem accurate con-  
vat, & in iis saltem hæresibus, quæ nostro tempore maxime  
vigent, earumque fundamentis cognoscendis studiosam co-  
locet operam, ut, cum non omnia in memoria detinere que-  
at, suo saltem tempore ad hos fontes recurrere possit. Secun-  
da regula est, ut, quò facilius, firmiusque principia & fun-  
damenta ad Theologiam polemicam pertinentia retineat, ali-  
quod compendium aliquod, v.g. Becani, aut Corroni, aut Cy-  
peum fidei, aut similem libellum ad manum habeat, ut, si  
diòse evolvat; hæc enim industriâ mirè non tantum par-  
sed etiam excitari se sentiet ad hanc scientiam cum magna  
laetitate, suoque & aliorum insigni profectu adiscendam.

## CAPUT II.

## DE EXERCITATIONE ASSIDUA.

I. **E**tiam hanc non inefficax esse medium ad solidum pro-  
fectum in hac Theologica scientia vel ex communi  
adagio, quo Fabrum fabricando fieri dicere solemus, cog-  
gitur; id quod in Theologia polemica tantò magis habet  
cum, quantò sagaciores plerumque sunt Hæretici in  
semper technis, objectionibusque, quibus Catholicas doc-  
trinas evertere moliantur, excogitandis. Porro in tribus  
cipue industriis consistit hæc exercitatio.



II. Primò ut, dum scholas Theologus polemicus frequenter, non scribere duntaxat, aut obiter scripta percurrere contentus sit, sed æquali diligentia ac conatu, quàm aliis scientiis addiscendis invigilare solet, eorundem scriptorum difficultati, ac repetitioni sese impendat. Et si quidem, ut fieri solet, rariùs hæc materia in scholis prælegatur, ipse privatâ cujusdam Authoris impressi lectione defectum hæc compenset.

III. Secundò, ut unum vel alterum socium sibi eligat, cum quo sicutiam velitationem suscipiat, id est, qui vel partem hæreticis cujusdam defendendâ, vel Catholicâ cujuspiam doctrinæ oppugnandâ suscipiat; si enim Pugiles, ut hostem suum olim tantò certius ferire queant, ad fictas metas ac imagines hostium quotidie se exercent; quidni Theologus polemicus eandem industriam tantò ferventiùs, constantiùsque adhibeat, quanto majoris momenti est victoria, quam de hoste suo reportare desiderat.

IV. Tertiò ut, ubi se satis armatum advertit, etiam venturaminis occasiones, ubi ubi potest, sollicitè quærat, aut sibi oblatas avidè arripiat, & animosè prosequatur, ut, quò frequentius talem pugnam pugnaverit, tantò magis ad eandem repetendam accendatur, majorémque ob cognitâs Adversariorum technas ac fallacias peritiam acquirat.

### CAPUT III.

#### DE FRUCTUOSA ANNOTATIONE.

Quod hoc etiam medium negligendû non sit à Theologo polemico, doctissimus Caietanus, qui dicere solent: *Circulus & calamus fecerunt me doctum*: suo exemplo probavit, dum exercitationi potissimum (quam circuli nomine intelligebat) & scriptioni (quàm calami nomine inscripserat) suam in scientiis profectum adscripsit. Etsi verò scriptionis nomine illam forsân præ aliis intellexerit, quâ integros Commentarios conscriberebar; negari tamen non potest, etiam eam scriptionis partem, quâ res & doctrinæ notiores, & ratiore ad aliquam scientiam pertinentes memorie sublevandæ causâ adnotantur, non parùm ad eundem finem conducere. Unde Theologus etiam polemicus merito eandem



eandem industriam adhibebit, & triplicis potissimum generis doctrinas annotabit.

II. Primò locos aliquos difficiliore, in quibus solvendis Catholici Doctores majorem aliquam difficultatem patiantur; & quibus Hæretici magis triumphant; ut frequentiori eorum relectione & privato studio tantò melius se adversus illos præparare possit.

III. Secundò argumenta quædam rariora, quibus Hæretici magis premi, efficaciusque convinci solent; quæ sunt e.g. doctrinæ eorum malè sibi coherentes; vitiosæ cuncti; rationes, quæ ipsorum doctrinis non magis; quàm hæresibus, quas ipsi rejiciunt, probandis subserviunt; absurdæ sequelæ, quæ ex eorum doctrinis sequuntur, quasque præsertim P. Matthias Faber in libello, cui titulus est *Wunderliche gahne Abendtheur / welche auß der Lutherischen vnd Calvinschen Lehr entspringen* conscripsit, & anno 1650. publico typis dedit.

IV. Terriò similitudines quædam aptiores ad errorem vel pertinaciam suam Hæreticis demonstrandam. Quæ exempli gratiâ sunt, ut dicere jubeantur, si Famulus cuiuspiam qui Domini cuiuspiam servitio addicere vellet, duæ Familiae seu domus offerrentur; una, in qua Paterfamilias cum Uxoribus, Liberis, & Famulis, & vicinis perpetuò litiget, & hi quæque inter se omnes sint discordes; neque sit, qui lites hæc componere possit; altera verò, in qua omnia sint pacifica, eoque Paterfamilias omnes lites & rixas mox sua autoritate componat, quam ex ipsis prudenter eligere deberet; an non priorior est? atqui talis est Catholica Religio, Hæreticorum verò secta priori est similis. Item si periculosum, & summi momenti iter Peregrino cuiuspiam suscipiendum foret, & duæ viæ monstrarentur, una, quam omnes securam & rectam, licet nonnihil asperam, dicerent; alteram autem jucundioris quidem, sed quam pauci duntaxat securam, omnes verò asperam, deviam, & latronum insidiis obnoxiam forentur; an non Peregrinus talis prudenter priorior eligere deberet? atqui talis est Religio Catholica, quam ipsi quoque Politici Hæretici (contra quos hoc argumentum potissimum servit) securam cum Catholicis agnoscunt. Huc etiam pertinent similitudines Hæreticorum genium & fallaciam ostendentes



quales e.g. sunt sequentes. Sicut is, qui Puerum ingenuum, sed simplicem seducere vult, non statim manu apprehensum domo educit, sed ea suadet facienda, quibus designatis nolens volens ejicietur; ita & Hæretici subdolis suis artibus & doctrinis ab Ecclesia abducunt. Sicut item Aucupes frondem mortuam visco illitam, & aves mortuas velut vivas in raris collocant, ut aves advolantes irretitas capiant; ita Hæretici literam Scripturæ, quæ occidit, falso sensu velut visco illinunt, & proponunt, ut simplices homines ad Verbum DEI avidè & incautè advolentes perimant. Item sicut Capones, ut austerum vinum mitigent, gustuque gratius efficiant, aquâ corrumpunt; ita Hæretici, teste S. Hieronymo in c. 1. Isaiæ austeritatem S. Scripturæ suo sensu corrumpunt, ut cum majori delectatione quidem, sed non perinde fructu auditoribus hauriantur. Item sicut inter plagas Ægypticæ etiam rana in paludibus habitantes, & in domos propeccates fuerunt; ita juxta S. Augustinum c. 2. de decem plagis DEVS per Hæreticos velut ranas loquaces, strepitum vocis, sed non veritatem doctrinæ habentes, tædiûmque auribus, non cibos mentibus afferentes affligit. Item sicut corvæ gravia in centro non gravidant; ita cum Hæresis ad profundum pertinaciæ venerit, gravare conscientiam cessat. Item sicut Camelus non solet bibere, nisi prius turbet aquam; ita Hæresis ingredi, nisi turbet Rempublicam. Et tantum sicut membrum à corpore præcisum vivere non potest, nec ramus ab arbore separatus virescere; ita juxta S. Chrysostomum ho. 46. oper. imperf. omnes Hæretici ab Ecclesia separati, nec vitam gratiæ, nec viriditatem veræ virtutis habere possunt.

(? o ?)

TRA-